





3

DE  
LATINITATE MEDIAE  
ET INFIMAE  
AETATIS  
*L I B E R,*  
SIVE  
**ANTIBARBARVS,**  
Recognitus quartum & pluribus  
locis auctus  
a  
CHRISTOPHORO CELLARIO  
Editio V.



*IENAE,*  
Sumtu IO. FEL. BIELCKII.

---

MDCC XXIII.

# ANTIABARAS

V. oīnū

30XX 200M



PRAEFATIO.

EDITIONIS TERTIAE.

Tertium nunc prodiit hic  
barbarismis oppositus  
libellus , in cuius secundam  
editionem, ante hos XIII  
annos factam, ægre consen-  
tiebam. Postquam enim cu-  
ris secundis retractaueram  
non nulla illius ; easdem  
sufficere credebam, quæ me-  
as de Latinitate cogitationes

( 2 com-

PRAEFATIO.

communi v̄sui seruarent,  
etiamsi prior libellus nun-  
quam deinceps renouaretur.  
Sed aliter bibliopolæ visum  
fuit, qui istius quoque ite-  
rationem, tanquam a multis  
expeditam, vt impetraret,  
me rogare non destitit. Ad  
tertiam editionem me non  
minus difficilem habuit, non  
dum superioris consilii ob-  
litum, vt per recognitas in-  
tereā p̄sterores curas libel-  
lus ille, cui plenior, &, vt  
mihi videbatur, accuratior  
successisset, sensim, distractis  
exemplaribus, aboleretur.  
Rursus vir integerrimus, qui  
sumtum fecit, me etiam  
atque etiam rogauit, ut li-  
bel-

PRAEFATIO.

bellum hunc iuuentuti non  
inutilem, & in vsum mul-  
torum, qui de formanda illa  
merentur, non sine fructu  
aliquo receptum, denuo re-  
singi, & vleriori vsui com-  
mitti non repugnarem. Cessi  
desiderio eius, & librum  
retractare coepi, multis locis  
auxi, deletis nonnullis me-  
hora substitui: sed ita ta-  
men temperaui omnia, ut  
formam is pristinam retine-  
ret, nec turbaret illos, qui  
prius vulgatis assidua tracta-  
tione adsueti sorsan fuerant.  
Cetera, quæ reformari, aut  
augeri etiam poterant, aliun-  
de velim, si opus est, lector  
benebole, petas, in quo tibi

( 3 ) non

PRAEFATIO.

non deerunt Posteriores  
meæ Curæ , nec quæ iam  
vna prodit , Appendix ad  
illas, siue vt alio nunc se  
titulo sistit , obseruationum  
singularium circa Latinam  
linguam , Discussio. Ibi in-  
venies omnia , quæ adhuc  
disputata in hoc arguento  
fuere , cum sententiarum  
quoque & rationum ytrius-  
que partis non leui pensa-  
tione. Tironibus sufficient,  
quæ paruis his rudimentis  
comprehenduntur , in qui-  
bus si rigidiora quædam in-  
esse tibi videntur, consideres  
quæso, me illi ætati ea com-  
posuisse, cui nihil salubrius  
ad puram Latinitatem est

non

10

quam

PRAEFATIO.

quam angustiore spatio con-  
tineri. Dies postea & cre-  
scens iudicium vtique laxa-  
bit, si quæ constrictiora ini-  
tio fuerunt: non autem pri-  
mæ ætatis licentia corrigi,  
& ih lineam, quam tran-  
filiit, reuocari vel præce-  
ptis, vel exemplis fa-  
cile potest. Vale.

cixccii

IM-

55 (o) 56

## IMMERITO DAMNATA.

( Asterisco notata sunt posterioris æui,  
nec ceteris æquiparanda)

Acceptum ferre Val. Max. 2, 7, 2.

Senec. Ep. 78.

\*additicius D. lege 98. §. 1. de Verb.  
signif.

adolescentiari Varr. apud Nonium.

\*aduersitas Plin. II. 25.

aliquatenus Mela I. 2. Columell. 4. 3.

alleuamentum Cic. pro Sulla c. 23.

alta voce Catull. carm. 43. Senec.

Troad. 197.

\*bestialis Prudent. Cathem. 7. v. 153.

cardinalis (Adiect.) Vitruv. 4. 6.

circumacto anno Liv. 6. 1. & 9, 18.

clamose Quintil. II. 3.

coadæ Gell. 10, 11. & 19. 2.

coæqualis Columell. 8, 14. & Petron.

\*coætaneus Apulei. 8. Tertull. adv.

Valentinian. c. 16.

\*coævius Prudent. Cathem. 12. v. 137.

conciliare aliqua Cic. Rosc. Am. 22.

configuum Ovid. 4. Trist. 5. Stat. 11.

Thebaid. 504.

con-

IMMERITO DAMNATA.

confiliarii *Cef.* i. *Civ.* 19. *Horat.* 3.

*Oda* 3.

\* consistorium *Ammian.* 14. 22. *An-*  
*son.* *Gratiano.*

consortium *Cels.* 7, 27. *Senec.* *Epist.* 90.

contemtus Subst. *Cef.* 2. *Gall.* 30.

*Liv.* 6, 21.

contrario *Nepos Eumen.* 1, 5. *Cic.*

*Vniuers.* 12.

conuersari cum quo *Colum.* 9, 11.

*Senec.* *Ep.* 41.

Cicero pro Verbo habet simplex *versari*  
cum quo, *Catil.* I. c. 5. pro Nominе  
conuersatio, (quod Plinii est c. 33. &  
Senecæ Tranquill. I.) confuetudo 13.  
*Epist.* 33. *Ovid.* 2. *Pont.* 5. v. 7. *ffsus.*

damnum pati *Liv.* 22, 41. *Senec.* 1. de

*Ira* 2. *Lucan.* 8. v. 750.

deception, *Vitruv.* 2, 8. extr.

deficior, defectus a vim *Ovid. Heroid.*

5. v. 150. & 9. *Metam.* 154.

\* deprædari *Iustini*, *Apulei*, *Iuliani*

*IC.* infra p. 117.

dormitorium *Plin.* 30. 6.

exalte, exactius *Mela* 1, 4. *Gell.* 1, 3.

explantare *Columella* 4, 14.

euas

IMMERITO DAMNATA,

euaginare *Iustin.* 1, 9.

facere bellum *Cic. Mil.* 23.

fauorabiliter *Quintil.* 4. 3.

ficticius *Plin.* 23. 1.

\*figmentum *Gell.* 5, 12. *Apul.* 4. *Meam.*

femininus *Plin.* 24, 16. *Quintil.* 1, 4.

hodieque *Liv.* 1, 27.

hortamentum *Sallust.* *Iug.* 98. *Silius*  
5, 152.

hortulanus *Apulei.* 9.

hypocaustum *Vitruv.* 5, 10. *Plin.* 2.  
*Epist.* 17.

\*ignominiose *Arnob.* 4. *Eutrop.* 4, 10.

immaculatus *Lucan.* 2. extr.

impatienter *Plin.* 2. *Epist.* 7.

impatientia *Plin.* 9, 16. sed addito *Gen-*  
*nituo* vide p. 154.

imperfecte *Gell.* 2, 8.

\*impiissimus *Auson.* *Cratiano.*

implere legem *Ouid.* 3. *Amor.* 1. v. 30.

\*Rara hæc phrasis Latinis. Causa ergo, ne  
frequentiori vsu ecclesiæ potius, quam  
Latii sermonem imitatus videaris.

imprecatio *Plin.* 5, 8. *Senec.* *Benef.* 6. 35.

inanimatus *Cic.* 3. *Nat.* *Deor.* c. 16.

in-

IMMERITO DAMNATA.

iniungere quid cui Brutus Ciceroni u.

Epist. 13. Liv. 3, 35. Colum. II, 2.

inordinate Cels. 3, 3. extr.

\* inordinatio Apulei, Asclep.

insalutatus Virg. Aen. 9, 289.

intelligibilis Seneca Epist. 124.

internus Seneca Quest. Nat. 6, 24. Et

27. Plin. 2, 68. Et forsan ipse Cic.

Vniuers. 16.

inuercunde Senec. Epist. 114.

irrationabilis Cels. præf. 1. Quintil.

Declam. 9.

\* irrationalis Senec. Epist. 71. nisi for-  
san philosophicum fuit. vid. pag.

130.

Lacticinium Apicius 7, 11.

\* licite, Oros. 6, 20.

\* licito Solin. c. 11 (aliis 16)

ligatura Pallad. 1, 6.

linea pro versu Apulei 3. Philos. Plat.

litteratura pro eruditione Gisanus

Observ. L. L. p. 129. vocat verbum

nouum. At sic usus est Cicero Phil. 2.

cap. 45.

manifestare Ovid. 13. Metam. 106.

me.

IMMERITO DAMNATA.  
memini sequente Præterito Cic. Rosc.  
Am. cap. 42. & lib. 13. Epist. 72.  
\* nigredo Apul. 2. Metam.  
nouissimus Cic. Rosc. Com. cap. II.  
Cæs. Gall. 1, 23.  
nouissime Plancus Ciceroni 10. Epist.  
24. & Fl. Caper & Valer. Antias  
apud Charisium.  
nutricius Cæsar 3. Civ. extr. & Ad-  
iect. Colum. 3, 13.  
obiter Aug. Cæsar apud Charis. Item  
Plin. pref. Hist. Nat. vt obiter  
caueam. & lib. 18. c. 10. maior pars  
vtitur rotis, quas aqua verfer obi-  
ter & molat. Add. Seneca 3. de Ira  
cap. 1.  
obliuioni dare, tradere Liv. 1, 31.  
obnoxie rogare Seneca Epist. 35.  
\* penultimus Gell. 4, 7. videtur gram-  
maticum esse.  
piissimus Senec. Controv. 27. Curt. 9, 6.  
add. infra p. 152.  
pluries Cæsar 1. Civ. 79.  
pœnitendus Liv. 1, 35. Valer. Max.  
5, 1. Seneca Epist. 23.

\* po-

IMMERITO DAMNATA.

\*populosus *Apulei* 8. *Solin* 65. *Pru-*  
*dent.* XVIII. *Martyr.* v. 61.

potentatus *Cesar* i, *Gall.* 31. *Liv.* 26, 36.  
præsentaneus i. e. efficax, *Car.* du

*Fresne* *Marcello* *Epirico*, & *Deside-*  
*rio* *Episcopo* *vindicat*. *Antiquius* est.  
*Plin.* 20, 2. præsentaneum reme-  
dium; *Seneca Epist.* 95. boletus:  
*Suet. Ner.* 33. venenum.

præualere *Liv.* præfat. Operis.

proximare *Cic.* 2. *Nat Deor.* c. 44.

\*puritas *Pallad.* 11, 14.

rouolutio *Augustin.* C.D. 22, 12. quod  
quum iam tertia editione absolutus

prope liber esset, inueni. *Vid.* p. 39.

rorulentus *Plin.* 18, 31. & *Columell* 5, 6.

sagittare *Curt.* 7, 5. *Iustin.* 41, 2.

saluator *Inscriptio Troiano*. vid. *Cur.*  
Post.

sapidius *Apicius* 6, 4. *Apulei* 2. Me-  
tam.

sensus, deverborum sententia, *Phœdrus*  
4. *Fab.* 4. *Senec.* 4. *Controv.* 24.

\*solstitium hibernum, *Columell* 7, 3.  
ceteri fere omnes non nisi vnum sol-  
stitium agnoscunt. vid. *Cur.* Post.

somno-

IMMERATO DAMNATA.

somnolentus *Apul.* 1. *Metam.* extr.  
*Solin.* 33.

spontaneus *Senec.* Epist. III.

\* sternutatio *Scribon.* Larg. comp. 10.  
Et *Apul.* 9.

subaudire *Afcon.* Præt. Vrb.

\* subiugare *Afcon* c.l. si salua scriptu-  
ra: ceteri auctores sunt aui posterioris

\* summitas *Pallad.* I, II.

superciliosus *Seneca* Epist. 123.

superfluus *Plin.* Panegyr. 82.

\* suppedaneum *Inscript.* Grut. vid.  
Borrich.

sustentaculum *Tacit.* 2. Hist. 28.

transmutatio *Quintilian.* I, 5.

truncare *Linius* 31, 30.

vaticinium *Plin.* 7, 52. *Gell.* 16, 7.

\* vuniformis *Macrob.* 7. *Saturn.* 4. Et 5.

\* vnire, philosophicum, *Senec.* 2, quest.  
*Nat.* 2,

voluptuosus *Quintil.* Declam. 260.  
*Plin.* Epist. 3, 19.

voracitas *Plin.* 2, 107. *Apul.* 7. extr.

*Eutrop.* 7, 12.

vulgariter *Plin.* 8. 7. Ciceronis locus  
incertior est. vide p. 149. DE

-ODNOE-



DE VITIIS SER-  
MONIS LATINI  
D I A T R I B E.

C A P V T . I.

*De Vocibus nullius aut obscure  
auctoritatis.*



Oniungo , quæ  
nullam auctorita-  
tem habent , vt  
potea barbaris fæ-  
culis in linguam  
introducta ; &  
quæ habent quidem suos au-  
tores , antequam Romana lingua  
exspirauit , sed , quod ad stylum  
pertinet , subobscuros & in clas-  
sicorum censu minime scriben-

A. dos-

**NVLIVS AVT OBSCVRÆ**

dos. Etenim, quæ huius ordinis sunt, difficulter distinguuntur, quod sœpe vocem, quæ barbaria putatur, apud æui semibarbari scriptorem latitasse reperitur. In hac itaque classe iunctim & barbaria vocabula & semibarbaria tradetamus, quum pari cura atque studio Latinitatis puræ studiosis fugienda sint.

**ABBREVIATVRA** librariis & scribis nota vox, pro qua Suetonius dixit. Tit. cap. III, *notis velocissime excipere*: & Cic. Att. xxxi i Epist. didi σημεῖον scribere.

**ABOMINABILIS** Ecclesiasticorum est. Hieronymus in Ierem. xxii de voce עֲרָזָה, LXX, inquit, & Theodosio abominabilem & abdicatum interpretat sunt. Antiquiores dicunt detestabilis, exscrabilis, detestandus, abominandus. Seneca de ira lib. cap. i detestabile vitium. Plinius Paneg. cap. xxxiv spectaculum exscrabile: & cap. i detestan-

AUCTORITATIS. 3

testanda auaritia. Liuius lib. ix cap.  
xxxviii extr. abominandam cu-  
riam facit.

ABOMINATIO non mea  
lioris notæ est, quo sape utitur  
Vulgatus Latinus pro re detestabili  
& abominanda. Usus tamen & La-  
etantius est lib. 1. Instit. cap. xvii  
extremo.

ABSENTARE. Sidonius  
Apollinaris ix Epist xiiii pro ab-  
sens dixit absentans. Cod. Theod. l.  
lxxxiiv de Decurionibus, quos  
crimen desertio absentat, i.e. ab-  
sentes reddit. Addit Cyprianum,  
vr antiquorem, Ioannes Sauaro,  
Notis ad Apollinarem, sed supposi-  
tum librum esse de Singularitate  
Clericorum, dudum suboluit eru-  
ditis. Claudiani exemplum (111  
Rapt. Proserp. v. 214) quod ia-  
stant Lexica, æque spurium esse,  
summus vir Nic. Heinsius often-  
dit, qui de hoc verbo ita censet:

A 2 AB-

4 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

ABSENTARE Latinum esse non per-  
suadent nobis interpretes.

ADOPTATIO. Latini ~~ed.~~  
optionem vocant. Plinius quidem  
& Gellius patroni aduocantur,  
sed illius meliores libri, quos no-  
minamus in Notis nostris ad Pliniî  
Panegyr. cap. v, eodem loco ha-  
bent pax & adoptio. Gellii scriptu-  
ram lib. v cap. xix pariter suspe-  
ctam facit Vossius de Vitiis Serm.  
lib. III cap. I.

AEQVANIMITER. Curis  
Secundis ostendimus, hoc Aduer-  
bio Ammianum, Macrobius,  
Symmachum usos esse, auctores  
non omnino contemnendos. M-  
lunt puriores omnes a quo animo,  
equissimo animo.

AETERNALITER. Hymni  
Prudentiani recens additamen-  
tum

Tibi, Christe, sit cum Patre  
Regnum eternaliter.

Latine dixeris perpetuo, aeternum.

An

## Auctoritatis

An ex hoc sensu in meliorem AETERNALIS adiectuum transferri possit, subdubito. Tertulliano quidem aduersus Iudeos cap. vi est *lex eternalis*: & Venantio Fortunato lib. x carm x *eternalis salus*; & inscriptio apud Grut. pag. 752. n. 3. SOMNO AETERNALI SACRVM FECER. at cum *Aeternus* sufficiat ceteris omnibus nolim imitari, qui ex usitato adiectuum nouum, & quidem eiusdem notionis, deriuant, inuita Latinorum Minerua. Minus placet *AETERNABILIS*, quod ex Cod. Theod. in Curis nostris Posterior. ostendimus.

AFFECTVOSVS. Macrob. II  
Saturn. cap. XI piam affectuosamque rem fecisse: Cassidorus lib. V epist. II affectuosa salutatio, id est amoris plena. Idem IIII epist. IV dicere libere & affectuose, id est amanter, affectu nimio. Usus & Tertullianus lib. V contra Marc.

A 3 cap.

6 NVLLIUS AVT OBSCVRÆ  
cap. XIV amore fraternitatis inui-  
cem affectuosi.

AFFIRMATIVVS e philo-  
sophorum schola prodiit, eoque  
remittendum est. Cicero Top.  
cap. XI negantia, inquit, contrariis  
aientibus.

ALBEDO. Sulpicius Seue-  
rus Hift. I cap. XVI Manna, scri-  
bit, glaciali albedine fuisse. Apu-  
leii quidem Apologia Scipio Gen-  
tilis edidit p. 249 pernicioſa albedo,  
quod etiam Casaubonus probat:  
at, testante eodem Scipione, in  
pluribus libris legitur dulcedo, sicut  
etiam Elmenhorſtius vulgauit.  
Plautus dixit albitudo Trinum. act.  
IV sc. II; albor Scribonius Largus  
Composit. XXIV & Palladius lib.  
XI cap. XIV, qui eodem loco etiam  
circumscribit color albus.

ALIQUALITER, hoc est  
quodammodo, aliquo modo. A-  
licer Plinius XXVI cap. X quadan-  
seque rubens. Nec optimum vide-  
tur

Auctoritatis. 7

tur Adiectuum ALIQUALIS.  
Lexica sane vel ipsum, vel au-  
toritatem eius prætermittunt.

AMICABILITER, amice.  
Alb. Aquensis lib. vi cap. lv qui  
cum amicabiliter & pacifice compel-  
larent.

ANGVSTIARE, affigere,  
premere, angustigen. Albertus A-  
quensis lib. ii cap. xxx Vngaros non  
parce augustinat. & lib. vi cap. lv  
prbs angustiata est obsidione com-  
pulsa ad deditioñem. At AN-  
GVSTARE antiquum & bonæ  
notæ. Seneca Tranq. anim. cap.  
viii angustanda sunt patrimonia: &  
ad Heluiam cap. vi angustare vim  
eius. Pomp. Mela lib. iii cap. i oris  
semet & terras angustantibus, quasi  
in modum Isthmi.

ANIMALCVLVM. Curis  
Posterioribus notatum, bestiolam  
appellari a Cicerone & Columella.  
Addo Plinium xi cap. vi, qui audi-  
tates bestiolarum dixit: & xviii ca q.

8 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

XXX ciceri tantum nullæ bestiolæ in  
borreis innascuntur. Pallodius lib.  
I cap. XIX animalia vocat, quæ a-  
ceruis frumenti innascuntur be-  
stiolæ.

ANIMITVS. Nonius hac  
voce explicat formam Oculitus, ho-  
dieque vulgare est animitus preca-  
ri. Contra Cicero IV epist. XI ab  
optimo fit animo: item XIII Epist.  
XXVII ex animo commendare, adde  
impense faueo, sincere diligo, &c.

ANNIHILARE, in nihilum  
redigere. Hoc verbum Glossaria  
habent: & Hieronymus epist.  
CXXXV; etiam Iornandes Get. cap.  
XXIX rem publicam adnihilare.

ANNVLLARE, abolere, anti-  
quare. Vulgatus interpres eccl-  
esiast. XXI, 5. & alibi usus est: &  
Hieronymus d. I.

ANTEMVRALE. Vulgatus  
Thren. II. comm. 8. Wilh. Tyrius  
XI cap. XXVI oppido, muro turribus,  
antemurali, & vallo diligenter com-  
munito.

APPRO-

AUTORITATIS. 9

IN APPROPRIARE, rem propriam sibi facere, in suos usus & sua commoda conuertere Glossar.

Lat. Græc. *appropriare*, voc. Φίλειν.

APPROXIMARE, appropinquare. Simplex *Proximare* Ciceroni, Apuleio, Censorino non ignotum fuit, ut Curis posterioribus defendimus. Composito auctoritas deest, etiam inde deducto Nomiini *Approximatio*. Aquensis XI cap. XX *Turci comperta per exploratores illius approximatione*.

APTITUDO, hoc est propensio procliuitas, veteribus ignotum est. Tullius i de Leg. cap. IX Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis. Ex quo non inepte habilitatem dicimus, quod vulgaris aptitudinem. De composito Ineptitudo agemus infra.

ARMISTITIVM, inducere, facta vox ad formam Solstitium, Interstitium.

ASSISTENTIA male auxilium

A 5 præ-

IO NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

presentia vocatur, verbi gratia,  
Spiritus S. Assistentia, quod Germanum redoleat.

ASSVEFACTIO minus bene  
dicitur: *vsus, exercitatio, consuetudo*  
rectissime. Cicero Rabir. Post.  
cap. IV (etiam Plin. I epist. XX)  
*vsus magister est optimus.* & II Tusc.  
cap. XVI *ferre laborem, contemnere*  
*vulnus consuetudo docet.* & cap. XVII  
*consuetudinis magna vis est.*

AVGMNTARE falso tribuitur Ciceroni in multorum Dictionariis. Hic enim in de Senect. cap. XX scripsit *coagmentauit*, non *augmentauit*. Apud Iulium Firmicum (sed posterioris æui scriptorem) est lib. V cap. VI *thesauros augmentare.*

BALBVTIES frequens vox  
nostris declamatoribus, qua suam  
dicendi imperitiam excusant; sed  
Latinis inaudita, Cicero III Phil.  
cap. VI id vitii appellat *hastantiam*  
*lingua.*

BENE-

BENEFATOR.] Defendit  
 hanc vocem cum Scioppio Vor-  
 stius, vterque contra Vossium, &  
 quidem ex analogia Plautini male-  
 factor Bacchid. III aet. II. scen. Ve-  
 rum cum Latinis scriptoribus ce-  
 teris nec *malefactor* in vsu fuerit,  
 minus inde defendi potest *benefa-*  
*ctor*, sed illud in obsoletis Plauti  
*relinquendum* est, hoc in nouis &  
*insolentibus* ponendum, pro quo  
 vel cum Græcis dices ἐυεγέρτης, vel  
 cum Latinis *beneficus*, *bene meritus*.  
 Cicero XII epist. LX *Eum tibi ita*  
*commendo, ut homines grati & memo-*  
*res bene meritos de se commendare*  
*debent.* Iac. Sponius quidem Mi-  
 scell. erud. Antiq. sect. VIII ineun-  
 te Astensem inscriptionem ad fert  
 C. IVL. CAES. C. F. DE GALLIS ET  
 ALLOBROGIBVS TRIVMPHA-  
 TORI ASTENS. BENEFATORI  
 PIO INVICTO DIVO &c. At quis  
 nouitatem non suspicit, quum nec  
 triumphatoris vocabulum anti-  
 quissimum sit? BENE-

12 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

BENEPLACITVM Versionis  
Vulgatæ est & ecclesiasticorum  
pro èudoxia. Quod barbare ad be-  
neplacitum, id scite Latine reddi-  
mus iure meo, pro iure meo, tuo &c.  
Cicero III Att. ep. 11 Itineris nostri  
causa fuit, quod non habebam locum,  
vbi pro meo iure diutius esse possem,  
quam in fundo Sicæ. adde Hadrian.  
Card. de Serm. Lat.

BESTIALITAS. Ita vocant  
vitiorum vltimum, quo humani-  
tas exiuitur; sed sine Latini au-  
to-  
ris suffragio. Nec BESTIALIS  
probatur Vossio & Borrichio: at  
Prudentius Hymn. Ieiun. v. 153

In pœxa villis virgo bestialibus.

BIBITIO sine exemplo dicitur,  
quod Plauto, Ciceroni aliisque  
est potatio, perpetuatio, potio. I Di-  
vin. cap. LI Si modo animus tempe-  
ratis escis modicisque potionibus ita  
est affectus, ut sôpito corpore ipse vigi-  
let. (alii legunt potionibus.) In Pi-  
fon.

son. cap. x *intemperantissima perpotationes.*

BIBO, ONIS Subst. Ut ab edere ducitur *edo, onis*, sic volunt a bibere etiam *bibo, onis*, deriuare. Desunt exempla, nec foli *combibones* Lucili rem conficiunt, quos Nonius interpretatur *compotores*. Plauto Menæch. 11 aet. 1 sc. est *potator maximus*.

BIGAMVS & BIGAMIA hibræ voœes sunt, ex Græco & Latino insolenter compositæ. Hieronymus 1 adv. Iouinian. cap. viii i *Digamus & Digamia:* & cap. vlt. *bimarus:* & epist. 1 i extrema, viduam bortatur ut digama sit.

BLASPHEMARE, pro *exsecrari*, ad imitationem Græci βλασφημεῖν factum, veteribus ignotum, Ecclesiasticis visitatissimum. v. g Hieronym. epist. LIX cap. iv *Origenes blasphemans de Filio sic locutus est.* Tolerabiliora BLASPHEMVUS & BLASPHEMIA, vtpote pure Græ-

14 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

Græca, attamen nec aliis, quam ecclesiæ scriptoribus, probata.

BOATVS, mugitus.

BOVINVS, bubulus.

BREVIATOR. Orosius i

cap.viii Iustinum appellat Pompeii  
breuiatorem. Eiusdem aut de-  
terioris notæ est ABBREVIATOR.  
Circumscribere malim, qui opus  
in breuem summam colligit, aut con-  
trahit: aut simili modo.

BREVIS Substantiue pro li-  
bello breui, Lampridio, Vopisco,  
Hieronymo ad id ætatis scriptori-  
bus dici, ostensum fuit Curis no-  
stris Posterioribus.

BRVTVM substantiue, pro  
bestia, philosophici usus est, non  
antiqui Latini.

BVRGVS prolapsæ Latinitatis  
vocabulum, ex Græco forsan  
*πύργος* ductum. Vegetius eo  
usus est, atque etiam in Cod. leg.  
vi de fundis rei priuat. habetur,  
ut in iisdem Curis nostris, verbis

AUCTORITATIS 15

repétitis probauimus. Latini vi-  
cum, castellum dicunt.

CAMBIVM, collybus, com-  
mutatio pecuniæ. CAMBIRE  
habent quidem Apuleius & Cari-  
sius: ab aliis vero, antiquis præ-  
fertim in vsum receptum non est.

CAPITANEVS, centurio,  
præfetus.

CAPTIVARE. Vulgatus in-  
terpres & ecclesiastici non abhor-  
rent ab hoc verbo, quod antiquo-  
res respunt, pro coque dicunt  
*in custodiam tradere*. Cic. Catil. III  
cap. VI *capros tenere* cap. VII, *in vin-  
culis habere* Sallust. Catil. cap. LI, *in  
custodiis tenere* idem cap. L. Eius-  
dem census est Nomen CAPTI-  
VATIO, quo barbari æui scripto-  
res passim utuntur. Aquensis lib. I  
cap. XI II de prælio: *ad duo millia-  
ria grauis occisio* & captiuatio facta  
est.

CARENTIA, id est *inopia*,  
*absentia*, *vacuitas*, *vacatio*, barba-  
riæ.

CAR-

16 NVLLIVS AVTOBSCVRAE

CARMINICVS, CARMINI-  
CE. Dic *metricus, metrice.*

CARNALIS Ecelesiaisticum  
est. Vide Curas Posterior.

CASVALITER. Sidon. Apol-  
linaris ix Epist. xi quod si quid ca-  
sualiter placet. Latine *casu & for-*  
*tuna.*

CERTITVDO. Aliquem lo-  
cum huic voci, quamuis infimum  
inter Latinas, dediCuriisPostero-  
ribus ed. primæ, adductus au-  
toritate qualicunque Ammiani  
Marcellini, in cuius xxx libro post  
principium, Gelenius, Sylburgi-  
us, Gruterus, Lindebruchius &  
ipse Henr. Valesius (quanquam  
aliquid in Notis monuerat) edide-  
runt, in cuius fidei certitudine mansit  
immobilis. Iama mutuo sententiam,  
postquam Hadrianus Valesius e-  
mendatisime Ammianum edidit,  
ita ut ne vestigium relinqueret  
vocis certitudine, de quo olim  
Henricus frater notauerat, se non  
du-

dubitare, quin ita Gelenius ex coniectura procuderit. nam nihil huius vocis in mss. reperiri. Quod Hadrianus etiam ex codice bibliothecæ Colbertinæ confirmat. Non ergo videmus, quo pacto *certitudo*, incertæ fidei vox, e numero barbararum possit eximi. Latina sunt *certum, certa* Plur. *certarei ratio*, &c.

**CESPITARE.** Seruui est *cesspitor equus* (vel *incepsitator*, nam variat scriptura) Aen. xi v. 671. De Verbo nihil in ætate puriori visum auditumue fuit. Dicimus Latinæ *labi, offendere.*

**COELICVS** pro *cælestis* nostri versificatores amant, cum *cælica terra, regna*, laudant. In vsu Caroli M. ætate fuisse ex Theodulfo Aurelianensi ad Fabri & Buchn. Thesaur. probauimus: nescimus autem, qui vel mediocriter antiqui & puri hoc verbo vsl fuerint.

**COADIVTOR** suspecta vox,  
sicut

18 NULLIUS AVT OBSCURAE

sicut multæ alia cum eo vel eon  
compositæ. Nec longius abesta  
barbarismo. Verbum COADIVTO.  
Simplicia enim hic sufficiunt.

COGNOSCIBILE, quod  
cognosci potest, natum in scholis  
philosophorum.

COINCIDO verbum plebeio-  
rum vſu relinquendum. Purius  
dixeris ſimilis incidere, concurrere,  
tantumdem valere.

COLLATERALES, pro-  
ximi, quorum alter claudit latus  
alterius, a latere oppositi.

COLLIMARE in frequenti  
hodie vſu est: veteres omnes colli-  
neare. Prouocatur quidem a mul-  
tis ad Ciceronem, qui i i Diuin:  
cap. LIX scriperit: quis est, qui to-  
tum diem iaculaus non aliquando  
collimet? fed meliores libri omnes  
etiam Palatini codices, habent  
collineat. Idem iudicat Vossius de  
loco Gelliano IX cap. 1, & Pricæus  
de Apuleii IX extrem. qui pro col-  
lima-

**AVCTORITATIS.** 19

*limatis oculis excusum vult collineatis.*

**COMBINARE** Glossarium  
habet, & Sid. Apollinaris ix Epist.  
viii. *Obsequia, inquit, combinans*  
*numeris equata, non meritie. Anti-*  
*quiorem, qui usus sit, non vide-*  
*mus. Iungere ergo & connectere,*  
*aut his similia praestat dicere.*

**COMMENDATORIVS** eius-  
dem est Apollinaris, qui ix Epist.  
x epistolæ commendatorias appellat,  
quæ commendatitiae sunt aliis, vt  
Ciceroni v epist. v.

**COMMENSALIS.** Cicero  
filius xv Epist. xxii, & Ouid. xv  
Pont. iii v. 15. coniutor scripserunt.  
Gr. συσσιτος.

**COMPASSIO**, id est συμπά-  
δεια, communis dolor, ecclesiasti-  
cum potius, quam pure Latinum  
est. Tertullianus Resurr. Carn.  
cap. xl. & Hieronymus eo usi sunt.  
Huius verba habent Curæ Poste-  
riores.

COM-



20 NULLUS AVT OBSCURAE

COMPATIOR eiusdem notæ  
est, vid. Sulp. Seuer. fin. Dial. I I I,  
Vulgat. Ebr. IV comm. 15 &c. Ci-  
cero ait, *caussa alicuius affici, miseri-  
cordia cuius moueri, calamitatem cu-  
ius existimare suam.*

COMPATER, Tertulliano  
(de Baptismo cap. XVIII) sponsor,  
nempe fidei: aliis baptismatis testis,  
*pater iusticus.* Forsan propter ad  
Latinam analogiam accederet  
propius. Sed hoc de prima no-  
tione vocis, qua nostri Patre di-  
cunt: altera Gevatter, quæ nescio  
quam affinitatem ex baptismatis  
lege infert, ad barbarissimum ma-  
gis propendet.

COMPLACENTIA Latini  
horrent dicere pro oblectatione.

CONCERNO semibarbarum.  
Aduocant pro eo Q. Ciceronem  
Petit. Conf. cap. v, sed meliores ibi  
codices confido exhibent, non con-  
cerno. Glossæ: *Concerno, συνθετω.*  
Et hæc de notione simplici videndi,  
qua

qua idem sit, quod cerno: in altera pro pertinet, est βαρβαρικώτερον.

CONCIVIS, quanquam defensante Laurentio Valla i v lib. Elegant. cap. LXXXI I I , in ciuitatem Latinam adscribi non potest. Nec eius caussam Frontinus tuebitur, qui de Limitibus scripsit: *exactum conciuim locum primum appellatum, deinde dictum fundum.* Locus enim ita subobscurus est, etiam a P. Scriuerio asterisco notatus, suspicet scripturæ signo, ut non facile diuinare possis, quid scribere Frontinus voluerit. Barbaris demum temporibus ita formarunt compositas voces concivis, confrater, consocius. vt est apud Aquensem, Tyrium, & id ætatis alios. Vetustis Latinis simplex ciuis idem valet, aut municeps, quod barbaris concivis. Cic. Ca il. i cap. vi i te metuerunt omnes ciues tui. Pro Mil. cap. xxxi v valeant, valeant, inquit (Millo) ciues mei valeant. Quod si si-

gna-

gnare vis non eadem ciuitate seu  
oppido, tamen eodem solo seu  
prouincia natum, cum Plinio præ-  
fat, Hist. *conterraneum* appellare  
poteris, aut cum Terentio Phorm.  
act. i scen. i *popularem*, aut Gifanio  
iudice (Observ. p. 104) omnium  
elegantissime gentilem. quemad-  
modum Gellius xvii cap. xvi de  
Mithridate rege Ponti tradidit,  
quod sine interprete cuiusvis viro  
duarum & viginti gentium, quas  
sub ditione habuit, lingua & ora-  
tione ipsius, non minus scire, quam si  
gentilis eius esset, locutus sit.

CONCORDANTIA, consen-  
sus, loca parallela.

CONCUPISCENTIA trita  
& familiaris vox ecclesiasticis. v.g.  
Tertullianus cap. xxxviii de Ani-  
ma: *concupiscentia oculis arbitris vti-  
tur*. Hieronymus Epist. cxxviii *con-  
cupiscentia libidinis seminarium*. Qui  
extra ecclesiam sunt, vel vitiosum  
illum somitem, vel libidinem

&amp;

& cupiditatem appellant. e.c. Quin-  
tilianus Declam. III Non sit mihi  
querendum aueris auribus seculi,  
in tantum vici regnare, ut obse-  
nis cupiditatibus natura cesserit. De  
Curtii loco VIII cap. vi num. 18.  
vide in nostris Notis ad eum, &  
Curis Poster.

CONDESCENDERE, ad  
sensum & voluntatem inferioris  
se applicare, ingenio se cuius con-  
formare.

CONDITIONALITER iure-  
consultorum est. Institut. Tit. de  
Legatis §.32. Si conditionaliter enunc-  
ciata fuerit causa. At Cicero pro  
Arch. cap. x sub ea conditione ne quid  
postea scriberet. & sine Præpositione  
lib. vi epist. VII ea conditio librum  
daret, si reciperes, te correctarum. Et  
ita quoque veteres iurisconsulti  
plerumque. Vlpianus de Verb.  
oblig. Lege xx sub quavis alia con-  
ditione. Paullus ibidem Lege VIII  
tota enim obligatio sub conditione,

5

24 NVILLVS AVT' OESCVRAE

*& in diem collata est. Adiectuum etiam CONDITIONALIS iurisperitis, quam aliis scriptoribus, visitatius est.*

**CONDOLENTIA** vulgaris vox, sed pessimæ notæ. Purioris stili amantes aut συμπάθειαν Græce, aut cum Cicerone aqualem dolorē, communem calamitatem, societatem agritudinis &c. appellant.

**CONFLVXVS**, concursus, quo auctore dicatur, ignoro. Nec fluxus meliori ætate inuenitur. Vide Lexicon nostrum.

**CONFOEDERATI** & verbum **CONFOEDERARE** fere Ecclesiasticos auctores habent, ut Curis Posterior. ex Hieronymo, Prudentio, Orosio ostensum fuit. Purius illi vocantur, *fæderati, socii, amici.*

**CONFORTARE** eiusdem ætatis est & dignitatis, cuius præcedens verbum fuit. Vide Cur. Posterior. Latina sunt *confirmare, corroborare.*

CON-

CONFRATER s̄epe occurrit  
apud Guilielmum Tyrium, Alb.  
Aquensem & æquales: apud vete-  
res ne semel quidem. Caspar  
Barthius. Commentario *āvedōrō*  
in Aquensem lib. III. cap. LVII.  
*confratris appellatio Germanici idio-*  
*matis est*, ein Mitbruder. Sic eidem  
Aquensi VIII. cap. I *Conchristiani*  
sunt nostro more atque lingua  
MitChristen. *Quis feret ita Latine*  
loquentem? Nec probatior est  
vox *commatyr*; qua Tertullianus  
vſus est de Anima cap. LV; & *co-*  
*piscopus*, Augustin. epist. III extre-  
ma.

CONSTELLATIO non bar-  
bara vox, nec tamen probatissimæ  
auctoritatis. Ammianus x x i x  
cap. xvii, cum oblectaretur ei, quam-  
obrem constellationem principis colle-  
gisset. Capitolinus in Gordian.  
cap. xx ostendisse constellationem ma-  
thematicam ferunt. Sidonius VIII  
Epist. xi constellatione inspecta. Fir-

36 NVLLIVS AVT OBSCVRAE

micus lib. i Astrol. cap. i Mercurii  
cum Marte constellatio. Obertus Gi-  
fanius ex Cicerone docet, quomo-  
do res eadem describi possit. De  
Fato cap. i Affectio astrorum ad  
quasdam res valeat. ii Diuin. cap.  
XLVII si ad rem pertinet, quo modo  
celo affecto, compositisque sideribus  
quodque animal oriatur, & mox:  
fac in pueru referre, ex qua affectione  
celi primum spiritum duxerit.

CONTRARIOR fætide;  
aduersor pure & latine dicimus.

CONTRIBVLIS. Eadem  
huius ratio est, quæ supra conciuis  
fuit. Sufficit simplex tribulus Ci-  
ceroni & aliis. Pro Rosc. Am. cap.  
xvi vel tribules vel vicinos meos.  
De petit. Consul. cap. viii qui  
apud tribules suos plurimum gratia  
possunt.

CONTROVERTITVR, con-  
trouersantur, controversia est res,  
venit in controversiam.

CO:

**COORDINARE** sine antiquitatis testimonio: Latine *ordinare*, in ordinem adducere dicitur.

**CORDICITVS** eandem mereatur censuram, quam *animitus*, de quo supra actum est. Non enim maior, quam Apollinaris auctoritas adhuc proferri visa est. Is autem in Epist. vi Prudentibus, inquit, *cordicitus insitum est, vitare fortuita.*

**CORRECTE** aduerbiū cum Vossio etiam Borrichius, vir accuratissimi iudicij, damnat. Mirum sane aduerbia repudiari, adiectiva promiscue admitti. Ita tamen censendum est, quia sola analogia inutilis, nisi ysis & auctoritas agcererit. Ciceronis est emendare De opt. gen. orat. cap. ii pure & emendate loquentes, quod est Latine.

**CORRESPONDERE** male dicitur pro *respondere, consonare, consentire.* Eadem lege damnatur nomen **CORRESPONDENTIA**

B. 2                    pro

28 NVLLIVS AVT OBSCVRAE  
pro consensu, aut literario officio &  
commercio.

CRAPVLARI, crapula labo-  
rare. Vulg. interpres Psalm. LXXVIII  
65 vsus est.

CREATVRA tritissima vox,  
sed Christianorum propria: extra  
ecclesiam non reperitur. Res crea-  
ta, opificium Dei, aut simili modo  
circumscribi poterit.

CVRABILIS, medicabilis, sa-  
nabilis.

CVRSORIE. Dic cursim, fe-  
stinanter. Neque CVRSORIUS  
adiectiuum bonum.

DAPIFER Alb. Aquensis VII  
cap. xxx suum fecit: veteres igno-  
rant. Si opus est, appellabitur  
dapes deferens.

DEGRADARE, de gradu  
dignitatis delicere. Exempla ha-  
bet Glossarium Caroli du Fresne,  
sed omni æui barbarici.

DEPRAEDICARE hodie per-  
quam tritum est, priscis omnibus

ib

inauditum, qui nec alio exemplo  
*De & Prae* in uno verbo composuerunt. Sufficit *praedicare* ad exprimendum illud, quod per *depradicare* nouatores intendunt.

DERISIO nihil videtur habere, præter analogiam cognati *irrisio*, quo se possit tueri, ne cum barbarismis derideatur.

DESERTVM substantiue & numero Singulari, qui dixerit præter Ecclesiasticos, obseruaui neminem. Pluratio numero *Deserta* repte & ordine dicuntur, quod Virgilii & Plinii suffragiis probatum est in Poste. Curis. Et sane non latet ratio. Pluraliter enim *loca* subaudiuntur: quod subaudias Neutrum nomen, si *desertum* dices, non apparet. Pro eo ergo *solitudo* vel *desertus locus* cum Latinis dicemus.

DESOLATIO Vulgati interpretis est, aliorumque Ecclesiasticorum, Saluianus lib. vi *Per*

30 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

baciam factum est, ut maior pars Romani orbis in desolatione esset. Latine excidium, vagitus, & similia.

DETERIORARE. Symmacho & Claud. Mamerto vindicauimus Secundis Curis, ne barbarismus adscribefetur. Cicero de Clar. Ofat. cap. LXXIV rem deteriorem facere. Tacitus Passione IV Annal. cap. VI in deteriorius murari.

DEVIARE hoc referunt sermonis emendatores Vossius & Borrickius. Non tamen est penitus barbarum, sed medii æui scriptoribus satis usitatum. Ammianus XXI I cap. XXV ab aquitatis reto tramite deviisse. Hieronymus epist. LXXXIX a recta linea deviare. Ausonius Profess. V. v. 37. deviantes filiae. Veteres pro eo delectere, declinare de via. Neque probatius est simplex viare, id est iter facere, quo Apuleius x libro post principium, & Ammianus XIX cap. XVIII,

XVIII, & Solinus cap. XXVIII de Africa, & Prudentius Hamartig. v. 209 sunt vſi. Quod verbum Quintilianus VIII cap. VI vocat infelicius ſictum.

DIESCIT, verbum, quo inſimæ etatis poetæ delectantur, quos nominatim laudat Barthius ad Britonem p. 495. Veteres luceſcit, di- luceſcit, diēs oritur. Præſidium, quod huic verbo ex Nocteſcit No- nii arceſſit, inſra proſligamus.

DIETIM pro quotidie ſine au- ſtore probato dicunt.

DISTRICTVS ſubſtantiuum, id eſt territum, videtur primum innotuiſe per scriptores feudales & monachos. A tractu fortaffe ductum eſt. Carolus Fresnius ex eo dici putat, quod dominus vasallos in territorio ſuo diſtringere poſſit. Mala, ſi non ridicula, no- tionis ratio.

DIVERSIMODE inquinate loquentes amant: malim cum

B 4 Cice-

## 32 NVLLIVS AVT OBSCVRAE

Cicerone non vno modo, alio atque  
alio modo, & quæ similes sunt for-  
mulæ.

DIVISIBILIS vix probatur ve-  
teribus, qui diuidus ad vnum o-  
mnes dicunt. Cicero de vniuer-  
so cap.VII diuidua materia & mox,  
quod diuidum esset in corpore. Pli-  
nius II cap.LXVII maria circumfusa  
vndique diuiduo globo. & ita reliqui.  
Si hoc putas notari, quod non di-  
visum est, describes alterum hoc  
modo, quod diuidi potest. Gram-  
maticis tamen & philosophis etiam  
diuisibilis concessum est, vt infra  
notabimus in indiuisibili.

DIVISIM habet Guilielm.Brito  
XI Philipp.v. 527. & Trismegisti  
versione, quæ Apuleio tribuitur,  
si sana lectio. nam Elmenhorstius  
pag. 87 vneis vocem inclusit, quæ  
nota corruptionis est. Tolerabi-  
lius Gellii diuisse lib. VII cap.II. Pro-  
vtroque antiquiores omnes di-  
cunt separatim & seorsum.

DO-

DOLORIFICVS & DO-  
LOROSVS pariter a censoribus  
mouentur loco, quem barbarorum  
temporibus occupauerant. Illud  
volnnt reddi dolorem afferens ; hoc  
*mæstus, dolens.*

ECONTRA semibarbarum,  
quo non abstinuere cadentis Latin-  
itatis scriptores. Hieronymus,  
Victor, Interpres Vulgatus, & ho-  
rum æquales Adi Postiores  
Curas, quibus addo aliud in Hie-  
ronymi epistola cxxxviii ob-  
seruatum : *Econtra in Psalmis mul-  
torum versuum penitus non inuenitur  
ſidia vel Selah.* In prisco  
Latij, ubi caſta & pura omnia  
erant, dicebatur ſimpliciter *con-  
tra*, ubi Cicero paſſim ; vel *e contra-*  
*ria parte*, ut auſtor ad Herenn. lib.  
i ca. p.ii, vel *e contrario*, ut Sallust  
jug LVII, Columella ii. cap.13 vel  
denique *contra ea*, ut Nepos Alcib.  
viii, Liuius xxx cap. xx, & alii  
ſcripſerunt.

B 5 EF.

34 NULLIVS AVT OBSCVRÆ

EFFORMARE vsus veterum non agnoscit, sed pro eo effingere, exprimere.

ELVCESCIT vulgatum nimis hoc tempore, quod Hieronymo tribuunt Lexicorum conditores. Locum in Hieronymi scriptis invenire non potui, quod non addiderunt, qua parte aut libro Laetantii tamen libro vii Instit. cap. xiv ita editores Aldus, Michael Thomasius, Ant. Thysius, Gallaeus, Th. Sparck, & recentissimus Cantrabrigiensis referunt: eius rei argumentum prius est enarrandum, quo ratio elucescat. Verum mendosam scripturam esse, non solum Xysti Betuleii editio, qua eluceat legitur, verum etiam MSS. codices tam Lipsienses, quos excussi, quam Anglicani, Cantabrigensi nupera editione laudati, quibus singulis eluceat est, euincunt.

EPITOMARE ad lapsam posteriorius

tius, quam cäditem latinitatem pertinet, Trebellius Pollio de Zenobia: *Historia Alexandrina atque orientalis ita perita, ut eam epitoma-  
ſe dicatur.* Vegetius lib. I cap. viii  
extr. quæ dispersa sunt, velut epitoma-  
ta conſcribe. Rem ipsam elegan-  
ter Iustinus Præfat. nominat ex-  
cerpere cognitione dignissima, & breue  
velut florum corpusculum facere: &  
Eutropius Præfat. strictim colligere.  
Hinc facile iudicatur de nomine

## EPITOMATOR.

EXCOMMVNICARE, eiicere Ecclesia, facrorum vſu prohibere, interdicere facrorum commercio. Verbum, quod natales suos in eccl<sup>esi</sup>a habuit. vld. Poſter. Curas.

EXHIBITOR nostri ad litteras referunt, & ſæpe in commendati-  
tiis & testimoniiis ita exordiuntur:  
*Exhibitor harum litterarum.* Non  
ita vſu venit antiquis loqui vel  
ſcribere. Tullius xiii Epift, vi.  
qui tibi has litteras reddidit; quod

B 6 omni

## 36 NVLLIUS AVT OBSCVRAE

omnino elegantius est, quam Hieronymi epist. xxxii i extr. & lvi portitor literarum, aut Paullini Nolani epist. i ineunte litterarum perlator. Nec vero plane damnamus exhibitoris verbum. Certe Arnobius lib. vii editorem muneris dixit exhibitorem ludorum.

EXORBITARE, de via defletere, discedere, degenerare; Tertulliani, Augustini, Firmici, & Apollinaris exempla habent Curæ posteriores.

EXTEMPORANEVS pervulgatum, etiam Glossar. Lat. Gr. *Extemporaneum*, ἀμελέτητον. Veteres autem *Extemporalis* dixerunt. Petronius Satyr. post principium: *ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali declamatione nescio cuius.* Suetonius Aug. cap. lxxxiv *extemporam facultatem* opponit *orationi meditatae & compositae.* Quintilianus lib. iv. cap. i *Multum a gratia exordio est,*

est, quod ab actione diuersa partis materia trahit, --- adeo ut, etiam si reliqua scripta & elaborata sint, tamen plerumque videatur tota extemporalis actio. & lib. x cap. VII extemporalis actio. & eodem cap. ineunte, ex tempore dicendi facultas.

EXTRAORDINARIE cur novae dicam, inquit Vossius, cum ventus suppetat extra ordinem. Cicerone pro Domo cap. VIII Cl. Pompeio plurima bella extra ordinem commissa. Liuins XXIII cap. XLVII id modo moratus, ut consulem percunctatur, liceretne extraordinem in provocantem hostem pugnare? Gellius IV cap. x quem iis visum erat, honoris gratia, extraordinem sententiam primam rogabant. Ac Extraordinarius probum est, Ciceroni & Liuio XXXVII cap. LVI usurpatum.

EXTRINSECVS adiectiuum, & EXTRINSECE aduerbiuム, luctulenta sunt, e scholasticorum lacunis hausta. De latinorum

B 7 enim

38 NVLLIVS AVT OBSCVRAE

enim sententia *Extrinsecus aduer-*  
*bium est: pro adiectuo ipsis vſu*  
*venit Externus.*

FACILITARE, facile, vel  
facilius aliquid reddere; barba-  
rum.

FILIALIS qui veterum dixerit,  
nescire me fateor. Lexica nihil  
habent, nec memini in classicis ob-  
seruari. Subſtituo itaque, dum  
certiora afferentur, *quod filii est,*  
*quod filium decet.* Quem vulgo fi-  
lialem amorem dicunt, pietas pure  
Latinis est. Plinius lib. x epift. i  
ad Traianum: *Tua quidem pietas,*  
*imperator sanetissime, optauerat, vt*  
*quam tardissime succederes patri.*

FINALITER Vosius damnat,  
nec iniuste, cum meliora non de-  
ſint Denique, Tandem, Noniſſime. Ne-  
que adiectuum FINALIS apud  
alios, quam philosophos & iuriſ-  
consultos, facile inuenias. Papi-  
nianus lege xi finium regund. in  
finalibus quæſtionibꝫ auctoritas se-  
gueat

quenda est. Rarius alii, atque hi etiam posterioris ætatis, habent. Alcimus Auitis lib. II. v. 369. ex diut Sodomæ & Gomorrhæ vocat finale malum.

FIXE, acriter, acri animo & intento. Vossius & Borrich.

FLAVEDO, flauus color, effetum ad formam *albedo, nigredo, ligeet* nec ipsa sint probatissima.

FORPEX Grammaticos quosdam patronos habet, ut Isidorum Orig. xx cap. xi i, qui inter *forficem & forpicem* distingui vult: sed veteres, quidquid huius generis erat, *forficem* appellabant. Columella xii cap. XLVII vitiosa vua grana forficibus amputant. Calpurnius Eclog. v forfice laesa curis. Plinius xxv cap. v incisum forficulis cribrant.

FORTALITIVM nouum vocabulum: veteribus est *castellum, munimentum, propugnaculum.*

FORTIFICARE, munire.

FRON-

40 NVLLIUS AVT OBCVRAE

FRONTISPICIVM, pars anterior, ædium præsertim, der förder Giebel. Clariss. vir nobisque amicissimus G. M. König accurate: Apud recentiores crebro occurrit: veterum nemo, quod ego sciam, id usurpat. Palladius pro eo frontem posuit libro I. cap. viii extr.

FRVCTIFICO, Displacet Vos-  
sio, Borrichio & aliis sermonis  
purgatoribus. Vulgatus interpres.  
pro Gr. καρποφορεῖν posuit, vnde  
ad ecclesiasticos scriptores man-  
avit. Sedulius principio libri ter-  
tii de Christo vera vite, omnia fru-  
ctificans. Aliis rarus admodum est  
huius verbi usus. Calpurnius E-  
atalog. IV v. 90. In quibus montibus  
augustos risura triumphos laurus fru-  
ctificat. Ceteris id est fructum fer-  
re: & prima editione Calpurnii  
fructiferant Romæ 1471 expressum  
est.

FRVSTRANEVS, hoc est irritus,  
superuacuus, vulgare nimis

& tritum : sed quo auctore vel mediocriter probato defendi possit, non est perspicuum. *Frustratorius* est Afrorum, Tertulliani de Anima cap. XLVII, & Arnobii lib. VII p. 219.

**FUNDAMENTALIS** antiquo fundamento carere mihi vide-  
tur : at vergente æuo irrepsisse. Si-  
donii fundamentaliter, quod exstat  
lib. III Epist. VIII, probare pot-  
est. Rectius dices *solidus*, *solido*  
*fundamento impositus*, aut cum Ta-  
cito IV Annal. cap. LXII *firmis ne-  
zibus superstructus*.

**FVSIM** qui veterum dixerit  
pro *fuse*, *sparsum*, non appetet.

**GLORIFICO** in ecclesia na-  
rum. Reicitur a Vossio & Borri-  
chio, aliisque censoribus Latini  
sermonis.

**GRATANTER.** Non satis La-  
tine & eleganter, Vossio censente,  
Capitolini, Trebellii, Marcellini  
verba , quibus hoc Aduerbiu  
ad-

## 42 NVLLIAS AVT OBSCVRAE

admixtum est, posterioribus Curis exhibuimus. Nunc addimus Cassiodorum lib. v epist. xv Excerpt profecto, quod nos gratanter effimat accipere. Tu præferas libenter, cum voluptate, aut his similia.

GRATITVDO eiusdem monetae est, cuius fuit certitudo, aptitudo. Hodie optimi viri non erubescunt hac voce: veteribus vel plebeia fuit, quod e Seneca & Valerio Maximo apparet, qui de re ipsa copiose scribentes ne semel quidem vocabulo usi sunt, sed gratum animum, grati animi significationem; memoriam beneficiorum, memorem beneficij animum, & cetera generis eiusdem appellauerunt. Nec lemma seu titulus Capiti præfixus apud Valerium, tueri hoc nomen potest. Variant enim mss. libri & Brandenburgicus codex habet *De gratis*, *De ingratis*, vbi vulgo legitur *De gratitudine*, *De ingratitudine*. Vnde clar. Io. Vorstius

us existimat, non a Maximo hæc  
lemmata esse, sed a grammatico  
quodam superaddita. Dixi, fuisse  
forsan plebeium verbum. Nam  
Cælius Apicius, scriptor plebeius  
& culinarius Traiani æuo, lib.  
111 cap. 14 dixit, quanquam signi-  
ficatu alio, *Cucumeres rasos ex liqua-*  
*minus siue anogaro --- gratitudine te-*  
*neriores senties.*

GRAVAMEN, siue molestiam  
intelligas, siue querelam, non val-  
de probatur. Priori notione usus  
est Cassiodorus ix Epist. 11 *Ho-*  
*minis vultus hilaritate decoratur, si*  
*visceribus sanis grāvamen nullius*  
*sentiat lesionis: posteriori, qua ho-*  
*dierno die in omnium non est, iu-*  
*ris interpretibus vel originem de-*  
*bet, vel usum frequentiorem, Car.*  
*du Fresne non aliud auctorem*  
*laudat, quam Matthæum West-*  
*mora sterensem.*

GROSSVS adiectiuum ex  
crassus postrema Latinitate fa-  
ctum,

44 NVLLIUS AVT OBSCVRAE

etum. Sulpicius Seuerus i Dial.  
cap. xxi habet vestem grossiorem.  
& Augustinus iv adv. Iul. cap.  
xiii sensu grossiores. GROSSITVDO  
tribuitur Solino cap. de Æthiopia,  
vbi Salmasius, sine dubio MSS.  
libris usus, crassitudo edidit.

HEBDOMADATIM, quauis  
hebdomade.

HEREDITARE. Ita saepe lo-  
quitur Vulgatus Scripturæ inter-  
pres: etiam ecclesiæ doctores, præ-  
fertim huic interpreti æquales vel  
postiores. Quod autem hoc ver-  
bo semibarbari significant, id di-  
verso modo enuntiarunt veteres,  
v. g. hereditatem adire Cic. Phil. ii  
cap. xvi, hereditatem cernere lib. ix  
Epist. iv, hereditatem obtainere xiiii  
Epist. xxix, in partem hereditatis  
vocari pro Cæcin. cap. iv, heredita-  
tis consequi. Nepos Attic. xxi, hered-  
itate, relieta domus ab avunculo, ibi-  
dem cap. xiii. Immo ipse Ter-  
tullianus, artifex cetera ecclesia-  
stica

fticæ Latinitatis , eleganter de Resurr. carn. cap. XLVIII *caro & san-*  
*guis regnum Dei hereditate possidere*  
*non possunt. & de Pudic. cap. XVII*  
*regnum Dei non sunt consecuturi he-*  
*reditate.*

HOMAGIVM, HOMINIVM,  
barbarica vocabula, in re publica  
seu ciuili tolerantur, ab elegantio-  
re stilo iubentur abesse. Andr.  
Schottus *clientela* idem significari  
existimat, quod Vossius etiam se  
malle profitetur. Cetera sicut non  
vnius generis est hominum, ita  
nec vno modo describi illud la-  
tine poterit.

HVMILIARE. Hoc quoque  
verbum in ecclesiasticis pono.  
Pasim habet Scripturæ interpres:  
etiam aliis, sed Christianis, valde  
visitatum est . v. g. Saluiān. lib. xx  
*Deus nos nunquam finit pro pecca-*  
*tis nostris humiliari. Sed hæc nota*  
*sunt. An Clasicorum etiam hoc*  
*verbum sit, in controuersiam ve-*  
*nit,*

## 46 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

nit. Ajunt clarissimi viri in artis Latinæ Linguæ Thesauris; etiam signato loco humiliata animalia ex Cicerone ostendunt. Verum imposuit illis, ut puto, Calepini, vel interpolatoris, oscitatio, qui negligenter produxerat Ciceronis verba ex i i Nat. Deor. XLVII alia animalia humiliata, ut cibum terrestrem rostris facile contingant. Etenim omnes libri, quos inspicere contigit, Aldi, Sturmii, Godofredi, Gruteri, aliorumque, hæc verba ita referunt: Atque etiam aliorum ea est humilitas. ut cibum, terrestrem rostris facile eontingant. Iniuriam ergo Ciceroni faciunt, qui ipsi hanc semibarbaram vocem adiudicant. Quæris quid Latine velimus suffici? Audi Ciceronem i Offic. cap. XXVI. Quanto superiores sumus, tanto nos submissius geramus: & in Lælio cap. xx qui superiores sunt, submittere se debent. Et hæc pro translata huius  
ver-

verbi significatione, quæ in sacris  
libris primas partes tenet: pro-  
priam qui latine reddas, Tullia-  
na verba modo restituta docue-  
runt.

**I**EIVNARE. Neque hoc ver-  
bum extra ecclesiam repéritur.  
Vide Tertulliani & Prudentii te-  
stimonia in Cursis Secundis. Li-  
cet enim Arnobius lib. v. ad Eleusi-  
nia sacra referat, cuius verba ibi-  
dem recitauimus: per id tamen e-  
censu ecclesiasticorum non exi-  
mitur, quia Eleusini locuti sunt  
Græce, Latinam autem interpre-  
tationem de suo Arnobius, Chri-  
stianus homo, addidit. Pro hoc  
verbo Nepos Attic. cap. xxii ele-  
ganter dixit *cibo se abstinere*.

**IGNORANTER.** Non placet  
doctioribus, qui præferunt *insci-  
enter, per ignorantiam*.

**ILLEGITIMVS**, Fallunt &  
falluntur, qui hanc vocem ex Va-  
lerio Maximo defendunt. Edi-

tores quidem nostro sæculo lib. ii  
cap. i illegitimæ intemperantia signum  
commemorant, sed falso. Nam  
tum manuscripti libri, ut Io. Vor-  
stius de Brandenburgicis testis est,  
tum ab hinc seculo & retro excusi,  
ut Aldinus, & Venetus cum Oliue-  
rii commentariis 1491, & Lipsiensis  
1512, & Lugdunensis 1556, quibus  
consentit a Io. Vorstio inuper e-  
mendatus, constantissime tradunt  
legitime, non illegitime. Verba hæc  
sunt de iteratis nuptiis: multorum  
matrimoniorum experientiam quasi  
legitimæ cuiusdam intemperantia si-  
gnum esse credentes. Si supponas,  
illegitime, falsum dixit Valerius,  
quia Romanorum legibus secundæ  
nuptiæ erant licitæ & concessæ.  
Alia exempla, præter hoc dubium,  
seu falsum potius, qui attulerit, ego  
quidem noui neminem. Præstat  
ergo circumscribere, quam sine  
auctoritate loqui, exemplo Plinii,  
qui lib. x epist. xxviii minime le-  
giti-

gitiis sumtibus pecunias erogare dixit.

**IMMEDIATUS & IMMEDIATE** Latina non sunt, in quorum locum sufficies proximus, proxime, nullo interueniente, sine interuentu alias.

**IMMORIGER** seu **IMMORIGERVS** circa consensum antiquitatis componitur. Malim male morigerus, non obediens, sicut Apuleius lib. II minus morigeros dixit.

**IMPERTINENS**, neque haec antiqua compositio. Latine, ad caussam non perinens: extra caussam hoc dicitur. Sic Seneca epist. CXIII nihil ad rem pertinet. Ammianus XXVIII cap. XXXVII nihil ad rem pertinentia.

**IMPOENITENS, IMPONENTIA** ecclesiæ vocabula, sed minus Latina. Classicis impius, improbus, impietas fere idem sonant,

C

IM.

50 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

IMPORTANTIA, momen-  
tum, pondus.

IMPRAEGNARE, hoc est  
gravidam reddere, implere, Vossio  
deculpatum verbum, etiam Olao Bor-  
richio. Nec alii, quam barbari æui  
scriptores eo usi sunt. Guilielm.  
Brito Philipp. VII. v. 606.

*Et iam finis erat biemis tellusque ca-  
lore*

*Impregnata novo flores gignebat &  
berbas.*

INADVERTENTIA bar-  
bari : Latine docti inconsiderantia  
dicunt. Suetonius Claud. cap.  
xxxix. Inter cetera in eo mirata sunt  
homines & obliuionem & inconside-  
rantiam. Idem vocabulum etiam  
Ciceroni vindicant Nizolius, Rob.  
Stephanus, & Lambinus ex 111.  
Quint. Frat. epist. ix, ubi cusi  
& manu exarati libri consideran-  
tiam habent, quamuis, ut vide-  
tur, repugnante sensu. Loquimur  
enim de immodico Milonis sumtu,  
quæm

AUCTORITATIS. 51

quem in ludorum apparatu fecerat,  
cuius, inquit, in hoc uno consideran-  
tiam (inconsiderantiam) & ego su-  
stinebo, ut potero, & tu, ut possis,  
est tuorum neruorum.

INCERTITVD O barbarum,  
ut Certitudo. Classici scriptores  
incertum, & Plur. incerta. Sic Iu-  
stinus lib. xxxix. cap. i. incer-  
tum belli: Tacitus An. iii. cap. LIV.  
incertum maris & tempestatum: Apu-  
leius iv. Metam. sub incerto salutis:  
Liuius lib. xxx, cap. xv. & Plinius  
iii. epist. xix. incerta fortuna: &  
eodem libro Liuius cap. xxx. in-  
certa casum: iterum Tacitus Hist.  
II. cap. LXXVII. præliorum incerta:  
Papinianus lege xi. de Bon. poss.  
secundum tab. propter incertum con-  
ditionis.

INCESSABILIS, continu-  
us, non intermissus. Orosius lib.  
VII. cap. i. Incessabilibus cladibus nul-  
lus finis, nulla requies fuit. Hiero-  
nym, epist. LVIII. incessabilis ini-

C 2 micus,

52 NVLLIVS AVT OBCVRÆ  
micus. Hisce antiquiores de hac  
voce non cognoui. Nolim ergo  
auctoritatem non satis confirma-  
tam sequi.

INCESSABILITER & INCES-  
SANTER Aduerbiorum, eadem  
aut deterior est ratio, quam fuit  
Adiectivi. Saluianus lib. vi *mala*  
*incessabiliter malis addimus.* Si-  
donius Apoll. viii epist. xi *Lege-*  
*bat incessanter auctores, cum reue-*  
*renia antiquos, sine inuidia recentes.*  
Zeno imperator *lege x Cod. de*  
*Aquæductu, excubiis aquæ custodi-*  
*endo incessanter inhæreant.* Malim  
*sine mora, sine intermissione.*

INCIDENTER tuto non di-  
citur: tutius obiter, in transcurſu,  
aut Græce *iv παρόστῳ.*

INCONSIDERATIO cum  
Vosilio Borrichius condemnat, nec  
inuenio maiorem, quam Saluiani  
auctoritatem, qui prope finem  
lib. i de Gub. Dei scripsit, qui sola  
mentis inconsideratione peccassent.  
Sed

Sed ipse breui interuallo subiecit, quo-  
rum inconsiderantia quodammodo  
Deum tetigit. Hoc certe præstat,  
quod supra ia Inaduentia Suetonii,  
si non ipsius Ciceronis, suffra-  
gio vox inconsiderantia approbata  
fuit. At inconsideratus, & Adv. in-  
considerate, bona sunt & Tulliana.

INCORRIGIBILI, cuius  
corrigendi spes nulla supereft, aut  
vno verbo, inemendabilis, quod Se-  
necæ est III de Ira cap. XLI, &  
Quintiliani lib. I extr. Huiusmo-  
di hominem Mettium Fuffetum Li-  
uius eleganter lib. I cap. xxviii de-  
scribit: nunc quoniam tuum insa-  
nabile ingenium eft. Barbarum au-  
tem vſurpauit Alb. Aquensis lib. I  
cap. xi pedestre vulgus, rebelle & in-  
corrigibile.

INCREVLITAS eccl-  
esiastica notione satis notum vo-  
cabulum, quo fidei salutatis ab-  
ſentiam significant. Præter id si-  
gnificatione propria reperiri dici-

C 3 tur

§4 NULLIUS AVT OBSCVRÆ

tur lege xxxix. Dig. ad Leg. Iul.  
de adult. Verum libri meliores  
habent *incredibilitas*, quod aptius  
est, licet *zque insolens*, ac ipsum  
*incredulitas*.

I N C V R A B I L I S. Prosper  
Aquitanicus lib. i. cap. xxv. dixit  
*enfirmitates incurabiles*, & Theodo-  
rus Medicus Leg. ii. cap. xx. *phibi-*  
*fin incurabilem*: antiquiores autem  
*desperatus*, *insanabilis*: Plinius lib. v.  
epist. ix. *morbis inexplicabilis*.

I N D I S C I P L I N A T V S Vul-  
gatus Interpretes octies habet: ve-  
teres Latini ne semel quidem. Nec  
simplex *Disciplinatus* valde placet.  
Quo Tertullianus de Fuga in Per-  
secut. cap. i. usus est, fides, inquit,  
*disciplinatior in ieuniis*.

I N D I V I S I B I L I S. Diome-  
des, *vetus grammaticus*, lib. ii. cap.  
de Littera: *Elementum minima vis*,  
*& indivisibilis materia vocis articu-*  
*lata*. Philosophis & grammaticis  
haec vox relinqui potest: cum pu-  
tiosi.

rioribus pure dicendum *individuus*.  
Cicero i. Fin. cap. vi. Ille (Democritus) *atomos*, quas appellat, *id est* *corpora individua*, propter soliditatem censet in infinito inani ferrè.

**INEPTITVDO** Cæcilius apud Nonium dixit, sed pro *ineptiis*. Verba sunt: *qui homo ineptitudinis cumulatus, cultum oblitus es.* Hac notione vox in obsoletis ponitur; altera, pro *inbabili cuiusdam indole*, in barbarismis.

**INFERNVS** substantiæ, non esse, nisi ecclesiasticum verbum. Cu- ris Secundis probauimus. Varro- nis testimonium, quod summi virtutis, Buchnerus & Borrichius laudabant, suspectum, immo falsum esse; Ob- sequentis autem dubium, ibidem copiose demonstratum fuit. Cum extra causam ecclesiæ versamur, *inferos*, *infera*, *Orcum*, pari verborum vi appellamus. **INFER- NVS** enim Latinis est Adiectivum.

56 NVLLIVS AVT OBSCVRAB

INFERNALIS adiectiuū  
Christianī fere formant ab Infernus  
substantiuo ut sit idem quod Sty-  
gius. Prudentius Hamartig v. 856.

- - - piceasque bitumine fossas

Infernalis aqua furuo subfodit  
Averno.

Quod si Subst. Infernus suspectum  
est, an forsan ab adiectuo Latine  
formatur? Non desunt exempla,  
vt ab *Aequus* *equalis*, ab *Aeternus*  
*eternalis*, de quo supta dictum,  
quod etiam in veteri cippo obser-  
vatur hoc modo:

SOMNO AETERNALE.

Vide Inscriptioñes Reines. p. 649.  
Sic a Perpetuus *perpetualis*, quo  
Quintilianus II cap. xiii nādolit-  
uā interpretatur, ita tamen noui-  
tatem vocis excusans: vt dicamus,  
quomodo possimus; quod verbum  
etiam Fulgeatius lib. I Mythol.  
cap. I & xvi usurpauit. Sed  
cum Adiectiuā *Aeternus*, *Infernus*,  
*Perpetuus* elegantia & probatissi-

ma

ma sint, æquo animo abstinebit illis  
nouis, qui casti sermonis studio-  
sus est. De æqualis dispar ratio.

INFIDELITER, mala fi-  
de,

INFINITIES, infinite.

INFIRMITER. Sæpe iau-  
dati castigatores stili Borrichius at-  
que Vossius, obelisco notant. At-  
tamen Arnobius lib. vii. haud pro-  
cul a fine scriptit: *quam infirmiter*  
*inualideque dicatur, ipsa rerum in-*  
*æqualitas inatcabit: quod in ob-*  
*scuris relinquo, dum maior proba-*  
*tioris scriptoris, lux accedat. Visu*  
*firmatum est infime, quod ipse Ci-*  
*cero xv. epist. i. scriptit, socios in-*  
*firme animatos esse. Alterum inva-*  
*lide, quod adiungebat Arnobius,*  
*æque ignotum Lexicorum archite-*  
*ctis, minus tamen, quam illud, du-*  
*bitandum est.*

INFLVXVS, pro stellarum  
vi & tactu. vix alium auctorem  
habet, sicut quam Iulium Firmicum,

C 5 qui

## 58 NVLLIVS AVV OBSCVRÆ

qui lib. i. Astrol. cap. i. dicit ex se-  
bis stellarum influxibus pendere, quod  
perinde nouum videtur, atque  
Macrobi illud i. Somn. cap. xii.  
priusquam materialis influxio iu-  
cor-  
pus venientes animas ebriaret. Tul-  
liana huius materiæ sunt ii. Diuin.  
cap. XLVI. Ex quo intelligitur, plus  
terrarum situs, quam lunæ tactus, ad  
ascendum valere. cap. XLVII. Etiam-  
ne urbis natalis dies ad vim stellarum  
lunaperincebat? & ii. Nat. Deor.  
cap. xv. Solis candor illustrior, quam  
ullus ignis, quippe qui immenso mun-  
do tam longe tareque colluteat: & is  
eius tactus est, non ut tepefaciat so-  
bum, sed saepè comburat. Veteres ne  
quidem in notione primigenia pro-  
illapsu fluviorum in mare aut la-  
cum vocabulum *influxus* agnove-  
runt.

INGRATITVDO, pro vi-  
tio ingrati animi, priscis Latinis  
ingrata vox fuit, quam Cicero ita  
loquit, ut Graecæ rem exprimere,  
quam

quam verbo uti non satis Latino,  
maluerit. Nam lib. ix. Attic. epist.  
vii. ait: ita meruisse illum de me pu-  
to, ut ἀχεπίστας crimen subire non  
audeam. Latine circumscribendum  
est. Liuius lib. xxxvi. cap. xx.  
castigati tantum verbis Bœoti ob in-  
graium in tanti tamque recentibus  
beneficiis animum erga Romanos. Pri-  
mus qui usus sit hoc vocabulo, ob-  
scurum: nec tamen antiquior no-  
bis obseruatus, quam Julius Fri-  
micus fuit, cuius haec sunt verba  
lib. v. Astrol. cap. i, multos fo-  
nendo suscipiet, ac multis vitæ ali-  
menta præstabit, sed erunt circa ipsum  
ingratitudinis virtio inquinati. Suc-  
cedit Cassiodorus, scriptor duobus  
fæculis posterior Firmico. Is lib. v.  
epist. viii. ait, sine ingratitudinis  
nævo delegata explicabili procura-  
re consilio, quanquam de sensu  
Cassiodori dubitari potest, an no-  
tam seu crimen ingrati animi in-  
tellekerit. Certe lib. I. Epist.

60 NVLLIUS AVT OBSCVRÆ

xxx hoc ipso vocabulo aliter vſus  
est.

INHONORARE, hoc est  
Dedecorare. Sanum est *inbonora-*  
*tus*. Cicer. extrema III. *Tusco-*  
*vita inhonorable & ingloria*: Sueton.  
Claud. XI. *inbonoratum & sine gra-*  
*ta mentione dimisi*. At verbo vix  
quisquam vſus est, quoad lingue  
integritas sua stetit. Fulbertus de-  
mum epift. XCIX, *Contemnis De-*  
*um sanctos inhonoras, res Ecclesie*  
*inuadis & aufers*. Hinc loco illud  
Vossius & Borrichius mouerunt,  
suscepto antiquiore, vt credunt, *in-*  
*honestare*. Nam Ouidius IV. Trist.  
eleg. VIII,

*Ne cadat, & mulias palmas inho-*  
*nestet ad-pias*

At Heinsius propter hoc ipsum  
verbum (nam alterum *adeptas pu-*  
*tat sanari posse*) censet hunc ver-  
sum cum sequente pentametro ex  
iis esse, quos inculcarunt homi-  
nes male feriati. *Vtrumque er-*

go

go suspectum est, etiam tertium  
Dehonorare. Saluianus lib. III.  
Avar. p. 106. filios religiosos bono  
a vobis animo d'honorari adsevera-  
sis.

INIVRIARE, injuriant fa-  
cere, inferte. Borrichius aliquid  
præsidii posuit in loco Seneca de  
Const. Sapient. cap. ix. Omne for-  
tutum citra nos sicut & iniuriatur.  
Verum iu[nct]iss. libris non illud in-  
iuriatur, quod frustra laudant Le-  
xica, conspicitur, sed aliæ litteræ  
monstrose confluentes, unde Lipsi-  
us etiam iniuria; Gronouius &  
iniuria igitur, enthymematis forma,  
conjecturat.

INOBEDIENS dixit Cas-  
siodorus 11. epist. xiv, & Vulga-  
tus Scripturæ interpres s[ecundu]s  
mero: INOBEDIENTIA e-  
iusdem interpretis est, & Hiero-  
nymi, & Orosii ac æqualium vide.  
Posteriores Curas. Vossius in  
horum locum cooptat negantes

C 7 æcu-

## 62 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

περὶ φρότερον; non obediens, non obediens culps Plinius Panegyr. cap. XVIII. contumaciam & deditationem parendi dixit. Adiectuum etiam cum Seneca Trag. inobsequens nominabis. Ita enim Hippolyt. act. IV. v. 1068.

*Inobsequentes protinus frenis equis  
Rapuere currum.*

Et cum Casu, inobsequens artis alter Seneca extrema præfatione libri I. Quæst. Nat.

IN SIGNIVM pro insigne, signum. Vnde barbarus Ablatiuns est insignis, quo se docti quoque viri contaminant. At omnes antiqui insignibus flectunt. Salustius Catil. cap. XXXV. cum imperii insignibus. Cicero iv. Catil. cap. XI pro triumpho ceterisque laudis insignibus. Liuius lib. XXXVIII. cap. XVIII. cum insignibus suis. Minucius Felix Octauio: propriis appellationem insignibus, multitudo dirimenda est.

IN-

**INSOLITE**, insolenter. In partes vocatur Gellius in plerisque Lexicis, etiam Stephani, seu Romano Foro, quasi ille lib. I. cap. II. scripsit, *intempestive ac insolite differebat*. At libri corrigissimi quique, etiam Mosellani, habent *insubite*,; uon *insolite*, quod etiam Vossius & Borichius eliminauerunt. Non minus insolens est simplex *solite*, quod habet Fulgentius Myth. lib. I cap. XI.

**INSUFFICIENTER**, nimis parce, exigue. Tertullianus lib. I. ad Vxor. cap. IV. est substantium *insufficientia*, vnde mitius censetur de adiectuo *insufficientis*, quod æque ignorant Lexica. At vero de *Sufficienter* non dubitatur. Palladius lib. I. cap. XXV. *Nucem perforari iubent: paleas & ceram cum sulphure sufficienter includi.* Vopianus enim lege. Sed si quid, S. 2. *Sufficienter alere & vestiri debet.*

IN

INTERLUDIVM, ludi interpositi, vox non inepte formata, quam ideo allatam volui, ut dispi-  
ciant, quibus vacant, an maiore au-  
ctoritate, quam Anastasi Bibliothecarii ( quanquam huius quoque  
scriptura variat ), cui in Gloss.  
Freiniano tribuitur, defendi possit.  
Vulgare Interscenium nimitur analogia Possenii, ex Græco & Latino  
mixti, quo Lucretius lib. i v. p. 1179.  
vhus est, dum viæ postscenia ele-  
ganti translatione appellavit actio-  
nes, quas celant homines.

INTERTEXERE, intexere,  
Voss & Bortich.

INTRINSECVS adiectivum  
& INTRINSECE adverbium  
codem loco sunt, quo Extrinsecus  
adiecit. & Extrinsece aduerb. de qui-  
bus supra actum est. Quid mal-  
ta? Intrinsecus est aduerbium; pro  
adieciuo stat internus, intimus aut  
simile.

INVOLABILITER non  
dici.

dicitur, sed iniolate. Ita enim Cicero Sene&t. cap. xxi memoriam nostri pie iniolateque seruabitis. Adiectuum Inniolabilis improbari nescis est. Silius lib. xvi v. 16.

--- velut iniolabile telis  
Seruabant sacramque caput.

**I N V I S I B I L I S** Philosophica potius, quam antique Latina vox. Cicero de Vniuersi. cap. viii animus oculorum effugit obitum Gi-fanius Observ. p. 28 tradit eleganter cacum appellari, quod vulgus iniisibile vocat Cic. ii de Orat. cap. lxxxviii res cacas & ab aspectus iudicio remotas. Qui iniisibilis in usum receperunt, Curis Poster. nominatim laudati sunt, Arnobius nempe, Lactantius, Prudentius, Macrobius, scriptores minime barbari, nec tamen eum primis conferendi, quos Augustea, aut huic proxima atas tulierat. AduerbiuM I N V I S I B I-

L I.

66 NULLIVS AVT. OBSCVRAE  
LITER minus se probat , quam  
adiectuum.

IRRECONCILIABILIS,  
implicabilis, inexpiabilis. Cicero in  
Pisonem cap. cap. xxxiii, si asper-  
naretur amicitiam meam , se sequemih  
implacabilem inexpiabilemque prae-  
ret. Ita Sturmius : at Godofre-  
dus & Gruterus pro inexpiabilem  
legunt inexplicabilem. Alibi tamen  
Inexpiabilis etiam Cicero dixit.

IRREGULARITAS. Vos-  
sius solum substantium damnavit,  
adiectum non attigit. Sed & hu-  
ius forsitan , & aduerbiis inde deduc-  
ti , aliquis desiderabit auctoritatem.  
Guil. Tyrius lib. xiiii. cap. xxvi.  
*irregularis ventorum concursus.* Bar-  
thius in commentario *ἀνεργότητα* ex-  
ponit *inusitatus* , sed quid censeat  
de phrasí , verbo *inepte* notat , quod  
vnum subiecit.

IRREMISSIBILIS, aut nunc  
quam condonabitur.

IVRA.

IVRAMENTVM cadentis  
Latinitatis est. In Foro Rom- &  
Senecæ & Vlpiano tribuitur. Prius  
falsum , posterius suspectum esse  
Critici ostenderunt. Nam in Se-  
necæ lib. 11. Clem. cap. 1. non *iura-*  
*mentum* faciant , sed vel *iurent* , vel  
*jurarent* legunt Muretus , Lipsius ,  
Gronovius , quorum commentaria  
consules. Lege xxxiv. §. 5. Dig.  
de Jureiurando hæc extant : *Si de*  
*qualitate iuramenti fuerit inter par-*  
*tes dubitatum : verum quia tum*  
*hoc ipso , tum aliis locis veteres*  
*iurisconsulti constanter iusiuran-*  
*dum vocant , vocem iuramenti Tri-*  
*bonianismum esse credunt doctio-*  
*res , seu ex suæ etatis consuetudi-*  
*ne purioribus Vlpiani verbis a Tri-*  
*boniano insertam . Vix ergo au-*  
*ctoritas maior supererit , quam Am-*  
*miani , Hieronymi , Sulp. Seueri ,*  
*quorum verba Secundis Curis*  
*produximus . Et ipse Hierony-*  
*mus , quasi horret nouum , ve-*

sus

tus iusiurandum crebrius usurpauit  
ut vel ex vna sententia Commentarii in Ierem. i v liquidum est: *Vicit Dominus: in Testamento Veteri iusiurandum est ad condemnationem mortuorum, per quos iurat omnis idololatrá.* Simulque animad-  
vertendum, quod iusiurandum hos habeat comites, veritatem, iudicium atque iusticiam, *Si ista desuerint, nequam erit iuramentum, sed periurium.* Ergo Ciceronis & omnium antiquorum iusiurandum verbo non antiquissimo præferendum est.

**LEGALITER**, id est, se-  
cundum legem. Semibarbaro suo  
Cæsiodorus lib. v epist. xiv scripsit,  
quidquid super hac parte inique ges-  
sum esse cognoverit, amotis dilationi-  
bus legaliter ordinabit.

**LIGA**, scodus, foederatio, Itali-  
co-Gallicum.

**LONGANIMVS** a Theo-  
logis introductum, ut exprime-  
retur

retur μαρπόθυμος. Isidorus lib.  
x Orig. habet Longanimis. Par-  
tatio est inde deducti Longanimi-  
tas. Veteres aliter. Ciceron post  
Red. cap. ix in vlciscendo remissior.  
Val. Max. lib. i cap. i lento gradu  
ad vindictam procedens. Ouidius  
Heroid. xv v. 249 lento in ira: &  
epist. iii v. 22 ira lenta.

LUBRICITAS sine exem-  
pto dicitur. Veteres Latini hoc  
modo: Plin. iii epist. iii in hoc  
lubrico etatis. Tacitus xiv cap.  
Lvi lubricum adolescentie: & An-  
nal. i cap. Lxv equi lubrico palu-  
dum lapsantes. Idem Hist. ii cap.  
LXXXVIII ubi lubrico via proci-  
dissent. Modestinus lege vii Ad  
Legem Iuliam Maiest. nec lubri-  
cum lingua ad pñnam facile trahen-  
dum est.

MAGNALIA. Borrichius in  
Indice Prosodiae: *Magnalia vox*  
*parum Latina est.* Vulgatus Inter-  
pres Act. II 11 usus fuit,

MA-

70 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

MAGNANIMITER, magno fortique animo,

MASTICARE non antiquissimi usus. Macer poeta de Re Herbaria carmine LXXI.

Istud si patiens iejuno masticet ore. Compositum idem habet Carm. XIV.

... si quis commasticet illam.

Malim cum antiquis manducare, commanducare. Seneca epist. x.c.v. de cibis delicioribus: expecto iam, ut manducata ponantur. Scribonius Largus compos. LV. Commanducare proderit herbam rhododaphnen, & saliuam dolentibus (dentes intellegit) traicere. Idem compos. LIII. Cum dolor (dentium) urget, varie sedandus est, partim collusione quorundam, partiim commanducatione, nonnunquam suffusione aut impositione quorundam. Io. Rhodius in Lex. Scriboniano: Commanducatio, vulgo Masticatio.

MATRICVLA, Vegetius  
lib.

lib. i. cap. xxvi. Tirones secundum matricula ordinem in aciem dirigen-  
di. Adnotauit Stevvechius : pro Matricula Latinissimi dixerunt fere Al-  
bum. Occurrit etiam in Codice Iu-  
stinianeo. vide Cur. Post.

**MAXIMA** Subst. in Topicis :  
præstat canon, axioma, regula.

**MEDIATOR** extra sacrum  
vsum, qui de Christo merity est,  
non concessum purioris stili aman-  
tibus, qui conciliatoris vocabulum  
cum nepote Attic. cap. xii. ma-  
lunt: aut cum Cicerone ex lib. i.  
ad Att. epist. xxii. pacificatorum  
nominant, & officium eius ex x.  
Fam. epist. xxvii. describunt, se in  
pacificationem interponere. Interdum  
deprecator idem est. Cæsar lib. vi.  
cap. llll. vñ deprecatoribus. Cice-  
ro pro Sext. cap. xii. deprecatores  
salutis mes. eleganter quoque Ter-  
tullianus Resurr. Carn. cap. li. de  
Christo merity : Hic sequester Dei  
et que bominum.

ME.

MELIORARE, hoc est facere meliorem, in melius referre, postremis scriptoribus cerebro usurpatum. Tamen etiam Vlpiano vindicatur. Lege xiiii §. 5 de Usufructu & quemadmodum, ei permittitur meliorare proprietatem.

MENSVRARE. Vegetius lib. i cap. xxv fossa mensuratur. Inde mensurabilis Prudenr. Apotheos. v. 884. immensurabilis Salvian. de Auaritia lib. ii p. 54 (ed. Rittershus.) Purius metiri, metari, cuius non est mensura.

MERIDIONALIS Gellio tribuitur lib. ii cap. xxii, sed male, & emendauit ex manuscrito Salmasius meridiale ventum: addiditque in Exerc. Plin. p. 1248 Vix puto dictionem esse Latinam Meridionale. Neo enim Meridio dicitur, vt Septentrio. Liuius lib. xxxviii cap. xx meridianus substituit, meridiana dicens regione, auf der Mittagsseiten. Firmicus tamen

ramen ii Astrol. cap. XII *signum meridionale* scripsit, nisi & hæc male sana scriptura est.

MINISTERIALIS, minister, ministra, ministrator, administer.

MIRACVLOSVS ignotum veteribus, qui dicunt *mirabilis, mirandus, prodigiosus.*

MODERNVS Barthio iudicce ad Brit. p. 595. *barbara vox.* Nec audita, priusquam barbari Italiam occuparunt. Cassiodorus Præfat. Orthogr. qom, moderni cum rectius estimarunt. Iornandes Success. Regn. cap. XCII *modernus imperator.* Latina *bodieruus, recentior, nostri temporis.*

MONOCVLVS ex vtraque lingua mixtum. Rectius Plautus Curcul. act. III sc. I *vnoculos:* & Solin. cap. XXV (al. 15.) *vnocular gens:* & Gellius III cap. XI ex Accio, *Cyclops vnculus fuit.*

MOMENTALITER. Fulgentius Myth. II cap. III *Iris ornatæ.*

D

tus.

## 74 NVLLIVS AVT OBSCVRAE

*tus varius pingens arcuato curuamine  
momentaliter refugit, hoc est vno  
momento temporis. Et cap. IV libido  
libet momentaliter, & fugit peren-  
niter. Cicero contra puncto tempo-  
ris. Catil. IV cap. IV Nec Momenta-  
neus, quod Tertulliani est Resurr.  
cap. XLII, & eiusdem Fulgentii  
lib. II Myth. cap. XVII, se probat  
Vossio: Borrichius tamen ex veteri  
Inscriptione conatur stabilire.*

MORTIFICARE Vulga-  
ti Scripturæ interpretis & ecclesias-  
ticorum.

MVL TOTIES. Aldus &  
æqualis ei Scheferus, & Frobenius,  
Liuium excudentes, in Epitoma  
LVII expresserunt: *multoties con-  
tra hostium eruptiones feliciter pugna-  
vit. Inde in Lexica irrepsit, &  
quidem, quod in nonnullis ob-  
seruo, sub Liuii auctoritate glo-  
riosa, cum tamen epitomæ illæ Had-  
riani æuo superadditæ sint. Sigor-  
nius iam pridem annotauit: Vet.  
lib.*

*lib. Sæpe aduersus irruptiones hostium;*  
*quod Sæpe pro multoties etiam Gru-*  
*terus & Gronouii retinuerunt.*  
*Legitur tamen multoties in Iusti-*  
*niani Nouellæ xxix præfatiuncu-*  
*la Latina. Quod ergo alia aucto-*  
*ritas allata non fuit, abstinemus*  
*hac voce, pro eaque dicimus sæpe,*  
*sæpenumero, & quæ his æqualia*  
*funt.*

NECESSITARE philoso-  
phorum est, v. g. *astra inclinant,*  
*non necessitant.* Latinis placet *co-*  
*gere, necessitatem adserre.* Cæsar *bk*  
*Ciuil. cap. lxxvii imponere neces-*  
*sitatem dimicandi.*

NEVTRALES. Vida infra in  
*classe Notionum peregrinarum.*

NOTORIE, manifeste, aper-  
te. Ipsum Adiectivum *Notorius*  
est Iuris potius, quam puræ & an-  
tiquæ Latinitatis vocabulum. Vid.  
Casaub. in Treb. Pollionis Clau-  
dium cap. xvii.

NOVERCARI, id est no-  
D 2 veræ

67 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

vercæ more agere, aduersari. Si-  
donius Apollinaris lib. vii. epist.  
xiv. noue : quorum imbecillitati  
quodammodo novercaretur.

NVLLATENVS exstat a-  
pud Fulgentium Mythol. Præfat.  
lib. ii. & Cassiodorum sæpe. Etiam  
Lege xvi. Cod. de testam. mil. A-  
nastasius imperator : nullatenus iuris  
militaris habere facultatem decerni-  
mus. Puriores omnes neutiquam,  
nequaquam, nulla ratione.

NVNTIVM substantiue, quem-  
admodum Seruius in Æn. vi. v.  
456. scripsit, quod nunciatur, licet  
Neutro dicatur, tamen inuenitur  
etiam Masculino. Immo semper  
Masculino, v. g. Curt. iii. cap. vii.  
latus nuntius affertur ; nec pro Neu-  
tro adhuc exemplum allatum est,  
quod clare & perspicue illud de-  
monstraret.

N V S P I A M pro Nunquam no-  
vum & ad solam analogiam va-  
giatæ formæ usquam & uspiam vi-  
detur

detur fictum. Scioppius contra Voss. num. xxx. Miror, inquit, quo auctore dicat Vossius: NVSPIAM LEGITVR, NVSPIAM EXSTAT: Vereor ne ipsum Nuspiam exstet nusquam. Ex Gellio autem fortasse nuspiam probatur. H. Stephanus olim, & nuper Oiselius atque Thysius lib. v cap. iv ediderunt: Librarius in quodvis pignus vocabat, ni in una nuspiam littera delictum esset. Sed res incerta est. Nam P. Mellani 1533, & Lugdunensis editio 1565, exhibent: si in una vspiam littera delictum esset. Gronouius poster ad h. l. Illud NVSPIAM meliori etate sermonis Latini nusquam: nec Gellium id dedicare voluisse credibile est.

OBVIARE, vt Deniare cadentis Latinitatis verbum. Vsi sunt eo Macrobius, Vegetius, Hieronymus, Mamertus, vt in Cur. Posterior. notatum fuit. Bedam addo lib. III cap. xxii Hist. Angl.

D 3 obviae

78 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

obuiavit ei antistes. Sallustianum  
testimonium ex Iugurth. cap.v. du-  
dum a doctis refutatum fuit , quia  
meliores libri habent obuiam itum  
est, non obuiatum. Alii etiam omnes  
purioris æui obuiam ire dicunt.

OCVLARITER est ex La-  
tinitate Sidonii Apollinaris. Me-  
lius luculenter, ipso intuity, oculoruy  
judicio.

OSCITANTIA sine auctore  
in vsum recepta fuit. Veterum  
est oscitatio. Plinius vii cap. vi  
oscitatio in enixu letalis est. Gellius  
iv cap. xx oscitatione euinci, id est  
finuitum & præter voluntatem  
oscitare. Nunc repugnat hoc no-  
men translatæ significationi pro-  
vitio supinæ negligentiae. Huc  
enim referri possunt versus Papir-  
ii Statii ex lib. iv Silv. ix

Sed Bruti senis oscitationes

De capsa miseri libellionis

Emitum plus minus esse Caiano

Domas.

hoc

hoc est, librum oscitanter & negligenter elaboratum.

PACATE, aduerbium, quod ex Cæsaris lib. i. B. Gall. adferunt, non repertum est. Augustinus attem Soliloq. lib. ii cap. vii extr. pacatissime dixit.

PACIFICE, itidem ab Vossio & Borricio reiectum, Cypriani est epist. XLIV extrema, ed. Angl. Si, inquit, pacifice sibi ac fideliter consunt. Cicero pro vtroque tranquille dixit. Lib. v ad Attic. epist. vlt. Ex idibus Maiis in Ciliciam, ut ibi Iunius consumatur. Vclim tranquille & Parthi.

PARTIALIS obtinet vulgo, sed contra morem veterum. Particularis est Apuleii lib. iii de Philos. habitudine, cui tanquam philosophicum verbum alii relinquent: Particulariter Iul. Firmicus lib. v cap. i dixit, & saepe Partialis, vnde hoc in Astrologorum scholam receptum est.

P 4 PEC-

POLO.

30 NVLLIUS AVT OBSCVRÆ

PECCAMINOSVS sine au-  
tore dicitur. *Peccamen*, vnde il-  
lud deriuatur, est Prudentii in Ro-  
mano v. 517.

PERPENDICVLARITER sine  
suffragio veterum. Plinius xxxv  
cap. xiv si ad perpendiculum fiant  
parietes. *Perpendiculare*, *περινόδη-  
στογ* in Glossis vetustis est.

PHLEGMATICVS Vos-  
sius & Borrichius repudiant, ma-  
luntque cui *pituita molesta est*, *pitui-  
ta abundans*.

PINNACVLVM: Ita Vulga-  
tus Matth. iv, & Tertullianus  
adv. Iudeos cap. viii. Ceteri,  
antiquiores præfertim, *pinnas vo-*  
*cant illam murorum, turriumue*  
*summitatem.*

PLAVSIBILITER non dices,  
sed *cum applausu*. Voss. & Borrich.

POMPOSE, splendide, ma-  
gnifice. Sidon. Apoll. lib. ix epist. ix  
*pompose scribere*. Nec Adiectuum  
*pomposus probatur eruditis.*

PORO-

POROSVS nusquam inuenio, apud optimos autem fistulosus, ut lapis fistulosus, Pallad.lib. i cap. x; licet hoc magis internos meatus, porosus vulgo exteriores significet.

PORTATILIS, vt Horologium portatile, vulgare quidem, sed ignoratae auctoritatis verbum. Pari modo Cassiodorus machinam, quam vulgo Globum cœlestem vocamus, appellauit lib. i epist. XLV cœlum gestabile, quod præsidium habet in Plinii ingestabilis lib. VII cap. VI.

POSITIVVS mere philosophicum. Sic lex positiva, quæ naturali superadditur.

PRAENOMINATVS male: *prædictus, supra dictus, ante dictus* optime. Quid autem censendum de tritisimo *præfatus?* Iustinum Lexica arcessunt, sed perperam, quia lib. XXXVIII cap. II correctiores codd. omnes habent *præfectorum* non *præfatorum*. At vero Cælius Apicius lib. IV extremo di-

D S. dit:

82 NVLLIUS AVT OBSCURAE

xit: liquamen temperabis, & cucurbitulas iam præfatas, non plene coctas. Et Arnobius lib. v. p. 176 Partes, duas inter aures eas das sine venia nefas est ac sine honoribus appellare præfatis: sed Passione plerique, hos nomini imitari.

PRAEPRIMIS pessima, & nostro sæculo inepte ex PRAEser-tim ac in PRIMIS (ad imitatio-nem proborum *præ ceteris, præ omnibus*) commixta & confusa vo-cula. Nihil ea frequentius in tri-viali sermone: nec doctiores ea plane abstinent. Eius fôrdes Io. Andream Bosium τὸν μαναῖτην detestatum esse amici per litteras significarunt. Post Cl. Vorstius editione secunda libelli de Susp. Lat. in eandem investitus est. Præ-ter hos neminem scio, qui quid-quam olim de illa monuerit. Adeo grata multitudinē barbaries est. Latine *in primis, cum primis, præserimus, maximes, parcipue, potissimum*

~~HARVARD LIBRARY~~  
simum dicimus, licet hæc quidem  
omnia eiusdem valoris non sint,  
& imperite saepe ex iis quedam  
confundantur.

PRAESERVARE non ob-  
seruamus apud Classicos: in usu  
medicinali substitui fortasse potest  
adrepentem morbum anteuertere, of-  
ficium egroti, adhibita medicina, cum  
sanis sumus, presumere. Generatim,  
ut Galli & Itali utuntur, reddi pot-  
est, seruare, conseruare, tueri.

PRAESVPPONO, nec huius  
verbi auctoritas elucet. Quo-  
cunque ergo modo præstat cir-  
cumscribere.

PRIMICERIVS medii æui,  
aut inferioris. Vsi sunt Ammian-  
nus lib. xviii cap. vi, Hieronymus  
epist. LXI, Paulus Diaconus IV  
Langobard. cap. XXXIV, Vegetius  
II cap. XXII, & huius ordinis  
alii, quibus omnibus est dignitatis  
nomen, militibus, notariis, mo-  
nachis commune. Veteres prin-

P 6

cepse

84 NVLLIVS AVT OESCVRAE

eeps, præcipiūs, primariūs dicunt.

PRIMORDIALIS Am-

mianus lib. xxx ineunte dixit: &

Claud. Mamertus de Anima lib. ii

cap. v primordialiter formaui t. Va-

let idem, quod veterum *primus*,

*primigenius*, & æqualia. Vossius de-

scribit, *ad primordia rei pertinens*.

PRIORITAS, ratio, qua quid  
prius est.

PRIVILEGIATVS. Stephano-

nus vel Cælius in Foro Romano:

*Privilegiarius dicitur, cui aliquod*

*privilegium concessum est. Vulgo ab*

*inductis privilegiatus nuncupatur.*

Vlpianus Dig. lege Sed an hic de-

*trahi debeat, recte dicetur, occupan-*

*tis meliorem esse conditionem: nisi si*

*quis privilegiarius veniat. Huius enim*

*non sine ratione prioris ratio habebi-*

*tur.*

PRODIGALITAS. Ethicis

noua vox subnata fuit, dum fœ-

*dam & veterem rem abominati*

*sunt. Prodigitas Lucilio est apud*

No-

Nonum : & *Prodigentia* Tacito lib.  
xiii cap. i Neque *Prodigalis* adie-  
& tium satis probatum est.

**PROFICVVS** ad postremam  
Latinitatem pertinet. Cassiodo-  
rus lib. i epist. xxxix quibus mora  
potest esse proficia. Lopus Ferrar.  
epist. iv adiungitur in Fresniano  
Glossario.

**PROFVNITAS** verbum,  
quod Macrobius pene in deliciis  
habuit. Ante hunc qui usus fue-  
rit, praeter Vopiscum, neque hunc  
antiquissimum, obseruauit nemini-  
nem. Prisci Latini ita: Valer.  
Max. ix cap. vi *profundum pu-*  
*teorum*; idem ii cap. x *profundum*  
*miseriarum*: Solinus de Ægypto,  
*profundo fontis immersus*: idem de  
Cilicia, *profundum terra*: Gellius  
ii. cap. xxx *aquarum profunda*.  
Etiam epitheti patiens est substan-  
tiuorum more. Seneca Suas. i *im-*  
*mobile profundum*.

**PROLONGARE**, barbarum;

D 7 Lati-

86 NVLLIVS AVT OBSCVRAE

Latini prorogare. Cic. lib. XI epist. VIII extr. ne tempus nobis provinciae prorogetur. Falso Seneca & Plinius patroni impuro verbo aduocantur. Vide nostrum Lexicon.

PROMANARE, quod vulgaratum est nostro tempore, prisca Romanis ignotum fuit, qui dixerunt emanare, permanare, profluere. Seneca allegatur a nonnullis, qui lib. de Constantia Sap. cap. XVIII dixerit sermo promanauerat: sed res ipsa poscit, & veteres, noui codices approbant legendum esse tribus vocibus *pro manu orat*.

PROMTITVD<sup>O</sup> referendum in censum certitudinis & aptitudinis, & dudum illud atro calculo notauit Goclenius Observ. Lat. Lingux. Cicero vocat propensionem, alacritatem, promptum animum. Lib. III epist. XI tuum promptum animum & alacrem perspexi ad defendendam rem pub.

PROPALARE quanti asti-

man-

mandum sit, ex auctorum ætate  
cognoscitur, Orosii, cuius est vi  
cap. v *propalata veritas*: Claud.  
Mamerti qui lib. i cap. viii ista  
*pagina propalatur*. Addo Apolli-  
narem lib. ix epist. xi dicentem,  
*propalare dissimulat*. Quibus cor-  
di est stylus emendatior, malunt  
omnes diuulgare euulgare.

PROPHETARE ecclesiastico-  
rum proprium: vide Cur. Poste-  
riores. Latini *vaticinari, prædicere*.

PROPORTIONALIS est pro-  
portionem seruans. Iulius Firm.  
lib. iv cap. xiiii habet *proportio-*  
*natus*. Cadit etiam Aduerbium  
*Proportionaliter*, id est pro rata  
parte, pro facultatibus cuiusque.

PROTECTIO. Saluianus lib.  
vi p. 238 (Rittersh. ed.) ad obti-  
nendam eius perpetuo protectionem,  
nosmet ipsos Deo sacrificamus. Qui  
pure scribunt, habent defensio, pra-  
fidium, clientela, patrocinium. No-  
men PROTECTOR pro defensore  
genet.

88 NVLLIVS AVT OBSCVRAE

generaliter dixit Tertullianus Apo-  
logetico cap. vi, religiosissimi legum  
& paternorum institutorum protecto-  
res. Sed de hoc infra pluribus.

PVNCTARE, vel PVN-  
CTVARE, id est punctis notare,  
& specialiter puncta vocalia adiice-  
re, litteris nempe Orientalium.

PUSILLANIMVS & PV-  
SILLA NIMIS. Claudianus  
Mamertus lib. i cap. xx ingentis  
corpulentiae pusillanimes. Habent  
etiam Gloffæ: sed nemo, quod  
sciam, ex classicis scriptoribus. Par-  
ratio est deriuatorum Pusillanimi-  
tas, Pusillanimiter. Latina sunt  
timidus, timide, fracto & humili ani-  
mo, & cetera horum similia. Ci-  
cero pro Arch. cap. XII An vero  
tam parui animi videamus esse  
omnes?

QVANTOCIVS pro quam  
primum, impurum iudice Vossio.  
Sulp. tamen Seuerus III Dialog.  
cap. v dixit, discede quantocius.

QVER-

QVERCINV\$ male: bene  
Quernus.

RATIFICO reiicit Vossius  
& præfert Ratum facio. Addo ra-  
tum habere. Cic. pro Rosc. Com.  
cap. i Quis hoc frater fratri, quis pa-  
rens filio tribuit, vt, quodcumque re-  
tulisset, id ratum haberet. Peræque  
damnatur.

RATIFICATIO, cui suffici  
potest Ratibabitio, quod sepius oc-  
currit Dig. Lege vi de Negotiis  
gestis.

RECENTER non nouissi-  
mum est, nec tamen valde pro-  
batum. Borrichius cum Vossio  
proscriptis, nec de restitutione eius  
magnopere laborandum est. Di-  
cam tamen, qui caussam eius su-  
scipere possint, ne putas nullos es-  
se, sicut auctor Fori Rom. scripsit,  
se nullum exemplum reperisse.  
Cælius Apicius de Re Culinaria  
lib. i cap. i extrem. oliuas de arbo-  
re recenter sublatas in illud mitito.

Ma-

30 NVLLIVS AVT OBSCVRÆ

Macer. de Re Herbaria Carm. XI  
sive de Betonica :

*Cum sale contritis foliis cataplas-  
mate facto*

*Vulnera turabis, fuerint quæ fa-  
cta recenter.*

Adde Palladium in Curis Poste-  
rioribus nostris. Verum, quia  
ceteri fere omnes, & quidem præ-  
stantissimi autores Recens dicunt,  
aut Plur. Recentes, hos potius,  
quam Apicum, veterem quidem,  
sed plebeium; quam Macrum, du-  
biæ ætatis scriptorem, sequi & imi-  
tari præstat, e.g. Virgil. III. Georg.  
v. 156 Sōie recens orto. Silius IV v.  
474 imbre recens fuso. Cicero Att.  
XVI epist. VII Regini quidam illu-  
stres homines eo venerunt Roma sante  
recentes. Suetonius Tib. cap. I Gens  
Clodia Romam recens conditam com-  
migravit. Sed hæc contra Positi-  
vum Recenter: Superlatiuo præsi-  
dii plus in Plinio est, qui lib. XVIII  
lib. XXIII cap. dixit, recentissime ster-  
corato solo.

RE-

Auctoritatis. 91

RECOMMENDARE, pro  
commendare, sine sordibus dici ne-  
quit. Sapit Gallicisimum.

RECOMPENSARE eiusdem  
sortis est. Nam & hoc loco sim-  
plex compensare sufficit.

RECTITVDO elegantissi-  
mo cuique scriptori ignota vox.  
Habent tamen Augustinus epist.  
ix sub fin. *rectitudo fidei Christianae*:  
& Cassiod. Orthogr. *rectitudo seri-  
bendi*.

REDHOSTIMENTVM  
aut non est purum, aut obsole-  
tum. Vsus est Baudius Cent. i  
epist. I nec tua sors redhostimentum  
desiderat. Habet quidem Sex. Pom-  
peius Festus lib. XVI *redhostire*,  
quod exponit *gratias referre*, ex  
Næuio & Accio: & Plautus Af-  
nar. act. I scena III *hostimentum*,  
& act. II scen. II *hostire*; verum  
hæc in obsoletis scribenda.

REFRIGERIVM ecclesiæ  
scriptoribus non insolens vox est.

Ter-

**92 NVLLIVS AVT OBSCVRAS**

Tertullianus, Hieronymus, Orosius aliquique adhibuerunt. vid. Cur. Post. Verum quotunque amant stili integratatem, refrigerationem anteponunt. Sic Cicero Sene&t. cap. xiv Me delectat refrigeratio estate. Columella lib. xi cap. i auræ refrigerationem captauit.

**RESIPISCENTIA** Christianis idem, quod p&nitentia ecclesiasticae notionis, seu entendatio vite, & redditio ad meliorem frugem. Silent de eo monumenta veterum. Nec obscure Lactantius lib. vi cap. xxv significauit, insolentius verbum sua &tate fuisse.

**RESISTENTIA** barbare: Latine repugnantia dicitur.

**REITERARE** & **REITERATIO** non Latina sunt. Albertus Aquensis iv cap. xii ad obſidionem reiteraret. Sed etiam Quintilianus & Apuleius patroni horum laudantur perperam. Nam Fabii castigatores codd. xi cap. ii ha-

habent, *crebra iteratione fermentur*, non *reiteratione*: & Apuleius VIII. de Afino post principium, ex Pri-  
cæi accurata editione, quæ Oxonienſi manuscripto, etiam in hoc ipso verbo, respondet, *iterans*, non *reiterans*. Quid enim opus compositione, vbi simplicia satisdant? præfertim cum ipsum verbum *iterare* per se significet, quod adde-  
re debebat Præpositio.

RESPECTIVE, comparete: aut utrumque distincte exprimā-  
tur, quod aduerbio hoc diuiden-  
dum in sensu erat.

REVISIO, recognitio rei iu-  
dicatæ. Voss.

REVOLVTIO. Et huius latet auctoritas. Vossius suppo-  
nit *conuersio*.

RIGOROSVS & aduerb. RI-  
GOROSE barbara sunt & ad  
Italicam & Gallicam potius, quam  
Latinam linguam pertinent, cu-  
ius

94 NULLIUS AVT OBSCURAЕ

ius sunt *Rigidus & Rigide*, significatione eadem.

SAEPIVSCVLE sine auctore dicitur pro *sæpe*, *sæpenumero*. Etiam Apuleii *sepicule*, quod ex Plauto haufit, parum gratiæ habet.

SALVIFICO ecclesiæ verbum, non veterum Latinorum, de quorum sententia dixeris *servare, saluare, saluum reddere*.

SANCTIFICARE eiusdem census est. Borrichii periphrasis est: *profanis curis eximere, sanctum esse iubere*.

SCANDALVM, SCANDALIZARE. Et hæc in ecclesia, & quidem ex stilo Noui Testamenti Græci, originem habuerunt, saltem usum frequentiorem. An Græci profani etiam usurpauerint, in medio relinquit Vorstius, diligentissimus idiotissimorum huiusmodi examinator. Supplemus ita: *impedimentum pietatis*.

*pietatis, irritamentum malorum : cor-  
rumpere iuuenes, peiorem reddere :  
concelerare alicuius aures, quod Li-  
vius habet lib. XL cap. VIII, aus  
ex Ouidii II Trist. v. 503. incestis  
temerare vocibus aures. Epitheton  
SCANDALOSVS pro eo, quod  
est offensioni, quod offendit te-  
nellas aures, ne quidem in antiqua  
ecclesia ita frequens est, vt hodie  
solet esse.*

SCIBILE, quod scientia com-  
prehendi potest.

SCORTATIO apud classicos  
non reperitur, sed postremo La-  
tinitatis tempore ex analogia for-  
san fictum fuit. Apuleius lib. V p.  
171 dixit *montano scortatu secessisse.*

SECRETE non est Latinum  
sed *Secreto.* Cic. Att. VII epist. VII  
*secreto collocuti sumus.*

SEPTIMANA substantiue me-  
dio aut vergente æuo dici co-  
pit. Cod. Theod. lege V de  
Specat. Valente & Gratiano

Augg.

96 NVLLIVS AVT OPSCVRAE

Augg. Dominico, qui septimanæ pri-  
mus est dies. Veterum est Hebdo-  
mas, vel Hebdomada, quanquam al-  
tera forma hebdomada Manutio ad  
locum Ciceronis, iam proferen-  
dum, minus placet. Cicero xvi.  
epist. ix. ne in quartam hebdomadæ  
incideres. Addo ex saeculo, quo  
iam Septimana in usum loquendi  
venerat, Hieronymum, qui epist.  
xxii. cap. iii. repugnantem, inquit,  
carnem hebdomadarum inedia sub-  
jugabam.

SERIOSVS Italismus: Latine  
*Serius*. Adde quæ ad Mirandulæ  
epistolam II. notaimus.

SITVARI, SITVATIO  
sunt barbarici æui, Italis recentio-  
ribus, quam antique Latinis di-  
gniora. Lexica quidem ad Flo-  
rum prouocant, & ex eius lib. II.  
cap. xviii. hæc referunt: Numantia  
editio in tumulo apud flumen Du-  
rium situata, & ita antiquæ editio-  
nes Flori exhibit. Verum impu-  
ram

puram vocem expungi curarunt  
diligentissimi editores Vinetus,  
Gruterus, Freinshemius, Salma-  
sius, & hos nuper secutus Io.  
Georg. Græuius, decus eruditiorum  
ordinis, qui singuli *sita* po-  
suerunt, non *situata*. Verbum  
enim & participium Latine red-  
dimus *situm esse, poni*: substanti-  
vum *positio loci*. Plinio Traianus  
lib. x epist. LIX *si loci positio vide-*  
*tur hoc desiderare, etem Matris Deum*  
*transferre potes.* Plinius v epist. vi  
*regionis forma, & regionis situs.* Ci-  
cero ii epist. x *natura montium*  
*fretus.* Et quod barbare vocant  
bonam situationem, Plinio lib. ii  
epist. xvii *est opportunitas loci.*

SOPHISTICARI, sophistas  
imitari, captiose disputare.

SORDITIES, siue squalo-  
rem intelligas, siue auaritiam, non  
opus est noua voce, cum vetus *sor-*  
*des sufficiat.*

SORTILEGIUM, id est

E

Sors

98 NVLLIUS AVT OBSCVRÆ

Sors, non reperitur: at *sortilagus* est Ciceronis lib. I de Diuin. cap. LVIII.

SVBALTERNVS, SVB-  
ALTERNARE barbara. Hoc  
reddi volunt *alternis* superiorem &  
inferiorem esse: illud secundarius, in-  
ferior. Aduerbiū *Subalternatim*  
æque sordidum est.

SVBINTELLIGO scha-  
lasticum verbum: Latinum *sub-*  
*audio*. Ascon. Pedianus in Verri-  
nam, quæ *Proœmium* vocatur: *Ad*  
*singula subaudiendum* est. Idem de  
Præt. Vrb. *subauditur Accessi* aīo  
nowg.

SVCCESIVE philosophi-  
cum: Latinum *progressu temporis,*  
*diuerso tempore*. Male a quibus-  
dam Spartanus in Caracalla alle-  
gatur, vt pote qui cap. VIII non  
*successive*, sed *successisse* scripsit.

SVCCVRSVS itidem bar-  
baricum. Romani id genus mi-  
litum vocabant *auxiliares*. Festus  
de

de Verb. sing. Auxiliares dicuntur  
in bello socii Romanorum exterarum  
nationum. & alia forma Liuius xl  
cap. xl tria millia militum auxilia-  
rum.

SUFFICIENTIA, quod  
Tertullianus, & Vulgatus inter-  
pres, aliique in ecclesia nati scri-  
ptores usurpant, non videtur Vos-  
sio esse satis Latinum verbum.

SUPERIORITAS non di-  
cam, nisi persuasus auctoritate  
veteris scriptoris, quæ adhuc fru-  
stra quæsita fuit. Summitas me-  
lius, quo Palladius usus est:  
optimum fastigium, præstantia.

SUPERNATURALIS, an-  
tiquo exemplo vix defendi poter-  
rit. Hinc iudicabis de Aduerbio  
Supernaturaliter, pro quo fortasse  
ponemus extra ordinem nature  
seu uniuersitatis. Tertullianus di-  
xit Extranaturalis de Anima cap.  
XLII,

100 NVLLIAS VVT OBSCVRAE

TOTALITER. Censores ab-iiciunt: *penitus, plane, omnino* com-mendant. Neque adiectiu-m *Totalis probatum est, neque opus est eo nobis, cum præsto Toton sit, & rei significandæ sufficiat.*

TREMVLARE itidem no-vum aut barbarum: probatum & vetus est tremere.

VACANTIA sine exemplō antiquitatis, quæ habet Vacatio.

VALEDICTORIVS, e. gr. oratio valedictoria, ad Artis vocabula referri potest: nec analogia fauet, quod *benedictorius* aut similia abhorrent Latinæ aures.

VASALLVS barbara vox, quam Vossius Latine reddi vult *aliens fiduciarius.*

VEGETATIVVS, quod viget, quod viuit primi ordinis anima.

VENDICARE nihil est: scribe *vindicare.*

VE-

AVCTORITATIS. 101

VERIFICO philosophorum  
scholis relinquitur.

VERNALIS, hoc est vernus,  
ad ver pertinens, quo auctore di-  
catur, Lexica non produnt. Nos  
aliquos damus, Augustinus VII  
Civ. Dei cap. xxv propter verna-  
lem faciem terrae, qua ceteris tempo-  
ribus est pulchrior. Venant. Fortu-  
natus lib. VIII carm. ix tempore  
vernali. Seruius ad Georgie. I  
p. 100 vernali & aestiuo tempore. Sed  
hi omnes posterioris æui. Est &  
antiquum vernalis, verum a verna,  
non a ver vel vernus; ut ex inferi-  
ptione veteri, & Horatii vernaliter  
I Satyr. viv. 108. Curi Secundis  
probauimus. Illud autem idem  
est, quod vernis verniliter, quod  
Nonius adulatore interpretatur.

VICTVALIA, hæc sunt com-  
meatus & alimenta, Vulgatus in-  
terpres dixit II Macc. III; & Cas-  
siodorus lib. iv epist. v In Gallica-  
na regione victualium cognouimus ca-

ritatem, quod elegantius nuncupasset *annona caritatem*. Epitheton *Victualis* etiam Apuleius habet, sed sine appausu eruditorum.

**VIRTVOSVS** pessime a multis dicitur *honestus, virtute præditus*: seu *summa virtute homo*.

**VISIBILITER.** Paulus Diaconus in Anastasio: *veniente subito ignito cælitus iaculo visibiliter combustus est. hoc est in oculis & conspectu omnium.* Adiectuum bonum est auctore Plinio lib. XI cap. XXXVI I dicente, oculi seu *vasa quadam, visibilem eius (animi) partem accipiunt atque transmittunt.* Idem tamen verbum eleganter ita describit Cicero lib. II de Orat. cap. LXXXVII *omnes res, quæ sub adspicendum veniunt.*

**VITUPERIVM** negat Goclenius Latinum esse. Omnes enim bona notæ scriptores *vituperatio* dicunt, non *vituperium*. Cicero lib. XIII epist. LXXI I mibi persuadeo,

eas

eam rem laudi tibi potius, quam vituperationi fore. Atque ita constanter alibi idem Tullius. Gruterus autem contendit in quibusdam codd. lib. 11 de Legib. cap. x. vituperium reperiri.

VIVIFICARE Theologis visitatum & Patribus: Ciceronis sunt pro Mil. cap. xxix ab inferis excitare, ab inferis reuocare, vitam cuius restituere. Adiectuum Viuificus habet Ammianus Marcellinus lib. xxI cap. 11.

VNANIMITER mediae aetatis Aduerbium quo cum primis usi sunt Christiani scriptores. Etiam Vopiscus in Tacito cap. iv quod me vnanimiter delegisset. Veteres aliter. Cicero xv epist. ix omnes uno prope consensu. Liuius ix cap. xxxi conniterentur modo uno animo omnes inuadere hostem. Idem xxI cap. xlV extr. uno animo & voce una. Seneca epist. lxxxi. Omnes uno ore affirmant.

VNIGENITVS extra sacrum vsum, quo μονογενῆς ita vertunt Theologi, non reperitur, sed vel filius unicus, pro Rosc. Am. cap. xiv. vel unigena virili genere, de Vniuerso cap. iv singularem Deum hunc mundum atque unigenam procreauit.

VXORATVS, hoc est, qui duxit vxorem, circa consensum antiquitatis introductum est.

\* In hunc censem plura referri possunt, praesertim ecclesiastica vocabula, quae iam silentio prætermittimus, quod partim per se nota est illorum Latinitas; & facile a quoque in meliorem faciem circumlocutione aut alio modo transformari possunt: partim quod Curis Posterioribus peculiari classe recensuimus, quae singula repetere & hic transscribere nihil attinet. Ad alia properamus.

## CAPVT II.

### *De Vocabulis auctoritatis medie.*

**H**A&tenus de iis actum fuit ;  
quorum vel nulla vel subob-  
scura auctoritas erat : sequuntur ,  
quæ quidem non sunt extra Lat-  
initatem ; non autem a Cicerone &  
æqualibus , sed a posterioris æui  
scriptoribus , cum inclinaret Lati-  
nus sermo , introducta : aut si an-  
tiquiora sunt , raro tamen & caute  
ab antiquis usurpata , quibus id  
propter timide & ratus etiam no-  
bis vtendum est , a quibusdam  
etiam , si caste loqui volumus , pe-  
nitus abstinendum .

ABSQVE pro *sine* in omnium  
ore hodie est , ut eius usu crebriore  
alterum , *sine* , pæne insolens videa-  
tur . Non ita fuit in antiquo La-  
tio . Io. Vorstius cap . ix Lat . me-  
rito

E 5 rito

rito susp. *Aeo*, inquit, *Ciceronis Absque pro Sine usurpatum haud inventas.* Velim dixisset vir clarissimus, haud facile inuenias. Inuenitur enim lib. I de Inuentione cap. XXXVI *Est autem quedam argumentatio, in qua propositio non indiget approbatione: & quedam in qua nihil palet absque approbatione.* Hoc autem verissimum est, raro admodum *tō Absque illo antiquo aeo, si Comicorum propriæ formulæ excipiuntur, usurpatum esse,* adeo ut neque in argentea Latina Lingua ætate facile illud reperias. Reperi semel apud Quintilianum lib. VI cap. I *absque sententia, hoc est sine proæresi.* Deinde ostendit Vorstius nec a sequioris ætatis scriptoribus pro sine sæpius: frequenter autem pro præter extra adhibitam illam voculam fuisse. Sic Orosius lib. II cap. XVI *octoginta naves captæ, absque his, quæ in conflictu incensæ demersæ.*

mersaque perierunt. Symmachus lib. II epist. xxxvi absque paucis, qui me secuti sunt, id est præter has; præter paucos. Vides ergo sine ratione *Absque*, quod rarum erat, veterum usitatissimo *Sine* hodie anteferri.

ACCENSEO Lexica vel non habent, vel si eius mentionem faciunt, quo auctore probetur, non referunt. Hodie tritissimum est pro adnumerare. Nonius Marcellus in Accensi: *Accensi*, qui his accensebantur, id est attribuebantur. & quia Varronis quædam verba ex lib. IIII de Vita Pop. Rom. subiecit, factum puto, ut Varronis nomen in quibusdam Lexicis apponetur Verbo *Accenseo*.

ACQVISITIO, hoc est comparatio priscis temporibus non ita usu tritum fuit, ut nostro sæculo. Rarissima sunt huius exempla apud veteres. Iul. Frontinus de Aquæductibus lib. I adiuuatus

E 6 (fons

(fons Aquæ Virginis, quæ Romam deriuatur) ex compluribus aliis acquisitionibus. Ex medio aut ver gente æuo sunt verba Institut. Iustinian. lib. III tit. XI §. 3 Nos eandem acquisitionem, quæ per arrogationem siebat, coarctauimus ad similitudinem naturalium parentum.

**A D V E R S I T A S** suspectum erat Vossio: Latinum autem est, sed qui præter Plinium lib. xv cap. xxv eo usus sit, neque a Lexicorum auctoribus, neque a Vossii tensore Borrichio adnotatum est. Plinii verba de scorpionibus hæc sunt: *magnam aduersitatem oleo meritis & stellionibus putant esse.* Ceteri fere in eo sensu, quo hodie *adversitates nominamus*, vocant *res aduersas, dubias, turbidas, etiam Salustius Catil. cap. x res dubias & asperas.*

**A L I Q V A N T A** Plural. pro aliquot. Barthius aduers. lib. xxv cap. XIII *Voce Aliquanta, hoc est aliquot*

aliquot cadens Latinitas vsa est, licet de numero non paruo sapius. Non autem de postremis id temporibus intelligas, nec de mediis tantum odo, quibus Spartianus in Hadriano cap. vii scripsit, *peſſimis aliquantis multa largitus eſt*: & Orosius iii cap. xiiii per aliquantas Græcæ ciuitates; verum ineunte quoque casuræ Latinitatis ætate, id eſt sub Hadriano principe Palladius, alioquin eomitus & elegans auctor, lib. i cap. xix *aliquantis diebus dixit*. Antiquiores omnes Aliquot.

ANTERIOR. Vnus Cæſar, quantum scimus, ex omni antiquitate hunc Comparatiuum tueri potest, cum scribit lib. iii Ciuil. cap. LXIII *nauibus circumvicti milites in anteriorem vallum tela iaciebant*, si modo tuta illa scriptura eſt. Nam Petrus Ciacconius mauult exteriorem, idque se in veteri libro repeſſe testatur. Reliqui testes sunt

E 7 post-

posterioris æui. Symmachus vi epist. LIX, Sulp. Seuerus i Hist. cap. XII, etiam Priscianus lib. III Grammat. sed hic sine mentione auctoris. Neque analogia satis fauet. Comparativi enim in ERIOR, in Positivo R requirunt, ut *citra, ultra, supra, infra, posteri:* quale R in *Ante* non est.

BREVIARIVM improbat Seneca epist. XXXIX vt nouum & vulgare? ipse mauult Summarium. Nihilominus Plinius VI I cap. XXVI, & lib. XVIII cap. XXVI, & Suetonius Galb. cap. XI eo vñi sunt, vt inter fordida abiicere haud liceat.

CALCVLARE Martialis lib. X Epigram. LXII.

Nec calculator, nec notarius velox.  
Hinc tuentur verbum calculate  
(hoc est computare, supputare)  
quod vix apud alium inuenias,  
quam Sidonium Appollinarem  
lib. IX ep. VII.

CAVTELA, hoc est cautio.  
Di-

AVCTORITATIS MEDIAE. LII

Digest. lege xv de Procurat. & defensor, *duplici cautela interponenda*, ad quem locum Gothofredus: *Hec verba videntur esse Tribonianis, eius enim stilum redolent: cautelam enim dicit pro cautione.* Etiam lege vi  
Dig. de Pigneratitiae actione Pomponius: *prius idonea cautela a debito pro indemnitate ei praestanda.*

**COAETANEVS.** Apuleius lib. viii Metam. illum amicum, coetaneum, contubernalem, fratrem denique. Tertulliani, Hieronymi, Isidori testimonia habent Curæ Posteriores. Qui his antiquiores sunt, vocant aqualem, eiusdem etatis. Cicero Senect. cap. iv adolescentia dilexi senem, ut aqualem. Corn. Nepos in Epam. cap. ii vt adolescentia tristem & seuerum senem omnibus equalibus suis in familiaritate anteposuerit. Plinius lib. vi epist. xxi Menandrum aliosque etatis eiusdem emulatus.

**COAEVVS,** Eadem huius ratio

tio est, quæ fuit vocis coætaneus. E-  
mulatur antiqua primæus aquæus.  
Prudentius hymno Epiphaniæ:

*Inter coævi sanguinis  
Fluenta solus integer  
Ferrum quod orbabat nurus  
Partus fecellit Virginis.*

Qui Ciceroni attribuunt, falluntur, dum in Vatin. cap. XIII ex coquos faciunt coenos. vide Lambinum.

COELITVS. ὁ πανόραμας, Pruden-  
tius, Laetantius, Hieronymus,  
Orosius, Ammianus habent, ho-  
rumque æquales. Pauca sufficiant  
exempla: nam plura in Curis Se-  
cundis dedimus. Prudentius ~~xxv.~~  
~~xxvii.~~ XII siue Hymn. Epiphan.

*O sola magnarum urbium  
Maior Bethlem, cui contigit  
Ducem salutis cœlitus  
Incorporatum gignere.  
& in martyrio Cypriani:  
Spiritus ille Dei qui fluxerat auctor  
in prophetas.  
Fontibus eloquii te cœlitus irrigauit.*

Am-

Ammianus lib. xxii cap. xii  
figmento Deæ cœlitus lapso. Priscis  
temporibus diuinitus dicebant ,aut  
de cœlo.

COMPLICES pro facinoris  
socie. Prudentius semel & iterum  
dixit. e. c. in Romano v. 822.

---- complices sectæ impia.

Adde dicta Posterioribus Curis.  
Cicero id generis homines descri-  
bit Catilin. i cap. iii fore in armis C.  
Manlium , audacia satellitem atque  
administrum tua : & cap. iv conue-  
nisse eodem complures eiusdem amen-  
tiae scelerisque socios.

COMPVTVS. Hæsitaui, an in  
primam classem hoc verbum reii-  
cerem, quod inuenire non potui,  
qui ante Iul. Firmicum, Constan-  
tini æuo mathematicum, illo vsus  
fuerit. Ceteris idem sonat compu-  
tatio.

CONFISCARE verbum quo  
cumprimis Suetonius delectatus  
est. Proprie , in arca reponere,

Aug.

Aug. cap. cii quam summam confis-  
catam repositamque habuerat. De-  
inde, in fiscum principis redigere.  
Idem in Calig. cap. xl i cum duos  
equites Rom. sine mora corripi confi-  
scarique ius sisset, id est, bona illorum  
in fiscum redigi. In Foro Rom.  
etiam Asconius aduocatur, verum  
in Procem. A&T. Verr. cetera qui-  
dem verba habentur, sed abest  
*confiscare*. Inde ductum nomen  
*confiscatio*, quod Florus habet  
lib. iii cap. ix. Malunt alii facul-  
tates alicuius in publicum conferre, in  
ararium redigere.

**CONGRVVS, CONGRVE,**  
illud Palladii est & Apuleii, & se-  
quiorum, vt Prudentii *xaθημ. xi*  
*v. 110,*

*Meritis rependet congrua:*  
hoc Solino attribuitur, quanquam  
incerte, quia variat scriptura, &  
pro *congrue* Salmasius legit *con-  
grua*, scilicet exsequiae. vide Poster.

Cur.

Cur. Antiquiores amant *congruens*,  
*congruenter*.

CRVCIFIGO notissimum verbum, quod Plinio, Suetonio, Hygino tribuitur. Iste lib. viii cap. xvi leones in Africa crucifixos scribit: ille in Domit. cap. x crucifixis librariis, & cap. xi crucifigeret: hic Fab. CLXXXIY quos res iussit crucifi. Verum ad Suetonium notauit ὁ ᾧδὺ Græuius: *Hoc vocabulum ignorant veteres scriptores probati: a Christianis descriptoribus hic & alibi inculcatum.* Scribendum ex vestigiis codicum Torrentii (Suet. cap. x) cruci affixis. Etiam cap. xi laudatus vir edidit cruci suffigeret. Et quid dubitamus? in innumerabilium suppliciorum descriptione veteres ne semel quidem hoc verbo vni sunt, sed in crucem agere, in crucem tollere, cruci affigere, suffigere &c. semper dixerunt. Origo ergo vocis ex ecclesia potius est, quam e Latino antiquo.

DE-

DECOLLARE pro *caput amputare*, iam tum Neronis ævo dici coeptum. Seneca de morte Claudi, quo (gestu) decollare homines solebat, Suetonius Calig. cap. xxxii miles decollandi artifex quibuscumque e custodia caput amputabat. Antiquiores: securi ferire, securi subiucere, collum ceruicibus absindere, &c quæ his affinia sunt.

DECREMENTVM vulgo magis, quam vere eruditis probatur, quia perrarum vocabulum est, nec alium, qui id receperit, adhuc cognouimus, quam A. Gelium, cuius lib. 111 cap. x hæc insunt: nisi si, ut Homerus opinatus est, vastiora prolixioraque fuerint corpora hominum antiquorum, & nunc, quasi iam mundo senescente, rerum atque hominum decrementa sint. Alii id vocant defectionem, diminutionem. Cicero Senect. cap. ix Defectio virium adolescentia visitis efficitur sèpius, quam senectutis.

Cen-

Censorinus cap. XVI omnis etatis  
incrementa & diminutiones, Lactan-  
tius lib. I I Instit. cap. V incrementa  
diminutionesque luna.

DEPRAEDARI ita rarum  
antiquioribus verbum, ut Vossius  
cum Borrichio in barbaris abiici-  
endum censuerit. Veteres enim  
simpliciter predari aut spoliare ha-  
bent. Alio loco Hieronymum  
huic rei patronum quæsiui, qui  
in Esa. I comm. 8. Si vitia, inquit,  
nos quasi quedam bestie fuerint de-  
predata, relinquemur a custode Deo  
& omnia nostra redigentur ad solitu-  
dinem. Iam maior Hieronymo  
adest Julianus iurisconsultus, qui  
Lege VI Dig. De negotiis gestis  
§. 3 dixit: qui depradandi causa ac-  
cedit, suo lucro, non meo commodo  
studet. Et huic suppar Iustinius lib.  
I I I cap. VII totam Spartam deprae-  
dantur. Et Apuleius lib. VIII p. 215  
deprædabantur regionem. Nomen de-  
predatio est apud Lactantium Epि-  
tom.

tom. cap. VIII. Nec tamen desinunt, qui nihil sectantur nisi purissimum, de hoc verbo dubitare.

DUBIETAS vox dubiae antiquitatis. Nam apud solos posteriores inuenitur, Eutropium lib. VI cap. XVI, Ammianum lib. XX cap. VI, Fulgentium Mythologum, cuius est lib. I cap. XVI radiorum manifestatione omnem dubitatis scindat caliginem. Cum veteribus malim dubitatio, dubium.

EDECVMATVS in deliciis habetur hodie, nec ineleganter compositum est: verum vnu sunt eo fere soli scriptores posterioris ætatis. Symmachus lib. III epist. LI ut vnum aut alterum eque edecumata honestatis inuenias. Ipsum verbum edecumare habet idem lib. V epist. LXXXII, equos ex Hispania edecument. Macrobius I Saturn. cap. V edecumatos elegit sodales. & lib. II cap. I iocos veterum & nobilium virorum edecumatos pro-

proferamus. His autem idem valet, quod eximus, præstans, selectus.

FAMIGERATVS, FAMIGERABILIS, hoc est *celebris*, olim farioris usus fuisse, quam nostro tempore, exemplorum ostendit paucitas. Pomponius Mela lib. II cap. VII de Creta insula, *multis famigerata fabulis*. Alium ex antiquitate qui usus sit, noui neminem, præter Apuleium qui lib. II Florid. *fanum Iunonis antiquitus famigeratum laudat*, & lib. II Metamorph. *loca famigerabilis prouincia*. Plautina *famigerator* & *famigeratio* ficta videntur Rob. Stephano, ut multa alia Plauti. Etiam Varronis *famiger* (lib. V de L. L.) in antiquatis scripsit Io. Laurembergius.

FERIARI. *Feriatus* siue *Nomen*, siue *Participium*, probum bonumque est auctore Cicerone lib. I Nat. Deor. cap. XXXVII, &

Tres

Trebonio ad Ciceronem lib. xii  
epist. xv, & Horatio lib. iv Od.  
vi. Verbum *Feriari* an digniorum  
sit quam Macrobii & Sidonii Apollinaris, plane ignore. Catulli  
sane auctoritas hic nulla est, ut  
Curis Secundis demonstravi.

FIGMENTVM non Ciceronis  
est, vti in Foro Rom. & sequaci-  
bus Lexicis laudatur, quia lib. xi  
de Orat. cap. xlv non *figmentum*,  
sed *pigmentum* omnes editiones  
habent: neque Plinii, ad quem  
Calepinus prouocat, quia lib. x  
cap. lxi *finetum* est, non *figmen-*  
*tum*. Antiquiores autem huius  
verbi auctores non supersunt  
quam Gellius & Apuleius. Nam  
Pediani exemplum suspectum  
est Scioppio, Vid. Cur. Poster. Ve-  
teres autem *commentum* dixerunt,  
vel *simulacrum* pro altera notione,  
quæ apud Gellium est lib. v cap.  
xi, & Arnobium lib. vi.

FVLGIDVS, De hoc vel si-  
lent

AVCTORITATIS MEDIAE. 121.

lent Lexica, vel nullum eius au-  
torem laudant. At Lucretius lib.

III v. 364

*Fulgida præsertim cum cernere sæ-  
pe nequimus.*

Post hunc vix alias usurpauit,  
quam qui ex æuo sunt cadentis  
Latinitatis. Solinus cap. I (al. 37)  
*ad speciem fulgidi sideris.* Lampri-  
dius Alexand. cap. xiiii *sol fulgidus*  
*ambitu coronatus.* Prudentius Ca-  
them. v v. 129

*--- tenebras de face fulgida  
Surgens Oceano Lucifer imbuit.*

& in Corona Laurentii v. 55. *fulgi-*  
*de montes (cumuli) monetae.* Vete-  
res *fulgens, fulgentissimus.* Cicero v  
Tusc. cap. xxi *fulgentem gladium e*  
*lucunari demitti iussit.* Velleius Pa-  
terculus lib. II cap. xxxix *fulgen-*  
*tissimum Gaii Cæsaris opus in iis*  
*(Gallis) conspicitur.*

HABITACVLVM non inueni-  
tur ante Hadriani tempora. Pal-  
adius lib. I cap. xxiiii dixit habi-

F

lacu-

*tacula avium.* Gellius lib. v cap.  
 XIV *introgressus leo in habitaculum illud suum.* Reliqui auctores huius vocabuli sunt omnes inferioris ætatis, Laetantius, Arnobius, Sotinus, Macrobius, quorum verba hoc afferre superuacaneum est. Solum Prudentium addidisse sufficiat. Cathemer. x v. 40

*Habitacula pristina gestet.*

& in Agnetis Corona v. 109

*Splendore multo structa habitacula.*

HISTORIOGRAPHVS Capitulinus dixit, Hieronymus, Orosius, Fulgentius, quos in Secundis Curis laudauimus. Illi enim ætati ita fingere libuit, ut Venantio Fortunato lib. ix Carm. 11 est *David Psalmographus.* Veteres Historici vocabulo contenti erant.

HORTVLANVS necessarium magis, quam antiquum verbum, quo ante Antoninos nemo superstitum scriptorum usus fuit. Oltor di-

dicebant antiqui, sed significanter est *Hortulani* vocabulum, quod Apuleius lib. ix & x & Macrobius lib. vii cap. iii nobis reliquerunt.

IMPOSSIBILIS sordidum videtur multis, non autem est. Nam Quintilianus lib. v cap. x *Non longum tantum sed etiam impossibile ac potius infinitum est.* & cap. xiiii *impossibilia adgrediantur.* Id vero non possumus negare, ceteros huius vocis auctores omnes esse aui sequioris, ut Apuleium, Minucium Felicem, Arnobium, Marcellinum, Prudentium, quorum verba habent Post. Curae. Addimus Macrobius, qui lib. vii *Saturn. cap. iii. Impossibilem,* inquit, *mibi dicitis spem salutis.* Et Sulp. Seuerum Dial. iiii cap. ii, *sanc̄tioribus nihil impossibile.* Prisci Romani, *quod fieri nequit: fieri non potest,* ut &c.

IMPRAESENTIARVM  
Aduerbium, cui simile nullum est

in Lat. Lingua, & id propter in suspicionem depravationis venit. Vide Vossium de Vitiis Serm. lib. I cap. xxv. Quanquam vero multum præsidii habet in Catone de R. R. cap. CXLIV, Nepote Annib. cap. vi, Fannio apud Priscianum lib. XIII, vt de Tacito, Apuleio & inferioribus taceamus; tamen quod ceteri scriptores Augustei & proximi saeculi nunquam hanc vocem suam fecerunt, malunt puriores *in præsentia* dicere, vel *in re præsenti*, quam id ad usum adhibere, cuius ratio non satis reddi potest.

INCENTIVVM substantivum pro *Incitamentum* non Plinii consularis & auguris est, vt Lexica multa produnt, sed recentioris panegyristæ, qui suam orationem Constantino M. dedicauit. Praeterea Symmachi, Hieronymi, Prudentii, vt Curæ Posteriores ostendunt.

IN-

INCONGRVVS ex simpli-  
ci congruus iudicari potest, de quo  
modo diximus. Apuleius lib. III  
Philos. Plat. dicantur hæ (lineæ seu  
propositiones syllogismi) inter se  
incongrua. Vegetius lib. II cap. XXX  
Incongruum videbatur, imperatoris  
militem, qui ueste & annona publica  
pascebatur, vtilitatibus vacare pri-  
vatis. Qui tersius loquuntur, ma-  
lunt incongruens. Plinius IV epist.  
IX illam alteram (sententiam) dis-  
solutam atque incongruentem vocant.  
Gellius lib. XII cap. V Stoica disci-  
plina est pleraque & sibi & nobis in-  
congruens. Minus etiam placet  
Incongrue aduerbium, licet nec  
Incongruenter probatissimum sit.  
Vtriusque aliquem auctorem no-  
minant Posteriores Curæ.

INDESINENTER. Huius  
vulgo patronus Varro laudatur  
ex lib. II de Re Rust. cap. IX ex-  
tremo, sed mendosum illum id-  
cum videri P. Victorio, Schioppio,

F 3 Bor-

Borrichio, C. P. ostensum fuit.  
Verbis enim cum mente Varronis  
nequaquam conuenit. Hæc au-  
tem sunt de villaticis canibus:  
*Villatico vero gregi in fundum satis*  
*esse duo, & id mārem & fēminam.*  
*Ita enim sunt assiduiores, quod cune*  
*altero idem sit acrior, & si alter in-*  
*desinenter ēger est, ne sine cane gress*  
*at.* Dubia ergo auctoritate Var-  
ronis, vix habebimus maiorem,  
quam Vegetii lib. i. cap. xxvi scri-  
bentis, milites in acie dispositos ordi-  
nes inde sinenter obseruent. Accedunt  
Hieronymus, Orosius, eorumque  
æquales.

INDUBIUS propter rarita-  
tem suspectum & dubium erat  
Vossio. Semel dixit Tacitus An-  
nal. xiv cap. xl *Dissoneæ voces*  
*respondebant, numerum aut etatem,*  
*aut sexum, ac plurimorum indubiam*  
*innocentiam miserantur.* Bis Quin-  
tilianus lib. v cap. xiiii si vetera  
erunt, fabulosā dicere licebit; si in-  
dubia,

dubia, maxime quidem dissimilia. &  
Declam. VII nuntiaturus *indubia*,  
*manifesta*. Sed prior locus Fabii  
non est certissimus. Variat enim  
scriptura, nec veteres editiones  
vocabulum *indubia* agnoscent.  
Quod vero plura exempla non  
suppetunt, tutius est cum ceteris  
dicere *indubitatus*, haud *dubius*.

**INORDINATIO** Vossio  
male sanum vocabulum, solius fe-  
re Apuleii est in Trismeg. p. 92  
(ed. Elmenh.) *Haec, inquit, & talis*  
*senectus veniet mundi, irreligio, inor-*  
*dinatio, irrationalitas bonorum,*  
*omnium.* Adverbium *Inordinate*,  
quod frustra quæsieris in Lexicis,  
repertum est apud Corn. Celsum  
lib. III cap. IIII extr. eiusque au-  
toritate saluum.

**INSIMVL** hoc est *iunctum,*  
*simul*, ante Domitiani tempora  
non inueniri docet Cl. Borrich. ad  
Voss. p. 200. Florus aliquoties ha-

F 4 bet,

bet, in præfat. & lib. 11 cap. vlt.  
Etiam Statius i Silv. vi

*Et gentes ælis insimul togatas.*  
Reliqui, qui vtuntur, sunt fere in-  
fima Latinitatis. Vide Freinshe-  
mianum indicem Flori.

INSIPIDVS laudatur in Le-  
xicis omnibus & quidem Gellii  
(lib. vi cap. 1) auctoritate: contra  
simplex *Sapidus* vel præteritur  
prorsus, vel illaudatum ponitur,  
vnde etiam Vossius illud obelo  
notauit. Ego rem commutatam  
velim. Nam *sapidus* probum ma-  
gis est. Cælius Apicius lib. ix  
cap. x ius *sapidum*. lib. x cap. 1111  
*Thynnus piscis hoc iure sapidior eua-*  
*dit.* Apuleius lib. 11 Metamorph.  
post principium: *tucetum perquam*  
*sapidissimum.* & lib. x coquus *sapi-*  
*disimis intrimentis succuum pulmen-*  
*ta condita, vapore mollibat.* At *in-*  
*sipidus* veteri testimonio non faci-  
le probaueris. Nam Gellianum  
nullum est, quia libri meliores  
habent

habent *insubidius*, non *insipidius*, vt Petrus Mosellanus inuulgauerat. Constantinorum demum æuo Iulius Frimicus (lib. II cap. XII) *saporem* dixit *falsum & insipidum*; & Paullinus Nolanus epist. XXXIX n. 4 *vltra betam incoetam*, vt *propheta loquitur, insipidi*. quod, quia eleganter compositum est, vtcunque toleratur inter doctos. Sed qui nihil nisi probatissimum ad miserit, describet idem *saporis vocabulo*, v. g. *nullius saporis, ingratis saporis*, sicut Columella dixit *infirmi saporis vinum* cap. III de Arboribus. Significationi translatae, qua homines quoque *insulso* & *insipido* appellant, Ciceronianum *insipiens* satisfaciet.

INTIMARE verbum, quo Buchnero iudice, præcipue cadentis Latinitatis auctores usi sunt, & proprie designat intimum facere. Solinus cap. XLV *Nilus cum mari intimatur*: Ammianus XV

F 5 cap.

cap. vi de Rhemo: Oceani gurgiti-  
bus intimatur. Deinde notat indi-  
care, *ywɔpiçew*. Sex. Rufus cap. III  
quantum Roma profecerit, breuiter  
intimabo. Vopiscus in Tacito cap.  
XII Nec tacendum est, & frequenter  
intimandum. Adde Capitolinum  
in Vero cap. i cum nota Salmasii:  
Spartianum in Nigro cap. VII cum  
glossa Casauboni. Lexica quæ-  
dam, & Fabricius ad Prudentii  
Romanum v. 1110 allegant quo-  
que Liuii verba ex lib. IV intimas-  
se filio; sed fallunt, quia libri, quos  
vidi, omnes habent cap. XLVI *in-*  
*pitisse filio*, præter mendosum Io.  
Schefferi, Moguntiæ excusi 1519,  
in quo *intimasse* est.

IRRATIONALIS Senecæ  
& Quintiliani, (vide illius epist.  
LXXI, huius lib. x. cap. VI) vide-  
tur scholam redolare philosopho-  
rum. Eleganter, & ut dignum  
oratore, id M. Tullius expersus  
lib. II Off. cap. III *expersationis.*

LA-

**L**ABILIS labantis Latinitatis est. Arnobius lib. II animas esse labiles & infirmitate ad vitia proclives. Marcellinus lib. XXVII cap. XXIII per labilem limum. Cassiodorus II epist. III labilis fortuna. Veteres Romanii inconstans, lubricus, imbecillus dixerunt.

**M**EDIETAS. Cicero de Vniuers. cap. VII. *Vix audeo dicere medietates, quas Græci μεσότητας appellant.* Id ausi vero sunt posteriore æuo non pauci. Palladius lib. I cap. XI Mensura hac seruanda est in tricliniis atque cubiculis, ut quanta latitudo & longitudo fuerit, in unum computetur, & eius medietas in altitudinem conferatur. Apuleius de Deo Socratis: *dabo exemplum huius libratae medietatis.* Ammiani, Eutropii, Macrobi testimonio non opus est. Cicero c. 1. habet: *in singulis esse bina media.*

**NIGREDO.** Apuleius lib. II de Asino: *coruina nigredine caru-*  
E 6 los

los columbarum colli flosculos emula-  
tur. Iornandes Getic. cap. III fa-  
mosi pellium decora nigredine. Plura  
exempla non suppetunt. Cicero-  
ni i Diuin. cap. xiv & Celsi lib. II  
cap. i illud est Nigror: Plinio x  
cap. xxxvi Nigritudo: eidem Cel-  
so lib. vi cap. xviii. & lib. VIII  
cap. II & seq. Nigrities.

NIMIETAS. Columella VI  
cap. XXIII nimietate verni pabuli  
pecudes exhilaratæ lasciuunt. Pal-  
ladius Februar. cap. XII ritem ni-  
mietate fætus onerant. Posteriori  
tempore usus huius vocabuli ma-  
ior fuit, ut ex Apuleii VIII Metam.  
Capitolini Vero cap. I, Treb. Pol-  
lionis Tyrann. cap. IX, Macrobi.  
Somn. II cap. VII, & Ammiani  
multis locis manifestum est.

NOCTESCIT. Nonius Mar-  
cellus: NOCTESCERE, cæcari.  
Furius Poematis, et si est auctoritatis  
intertæ: Omnia noctescunt tenebris  
caliginis atre. Etiam Cæsellius  
Vin-

Vindex grammaticus apud Gellium lib. xviii cap. xi hunc Furium dedecorasse vocum fictionibus Latinam linguam dixit, & in exemplis etiam notescere numerauit, quod tamen Gellius defendi posse putat a facultate poetica.

NOVENDECIM usus vulgaris habet: sed vix auctores veteres, quorum est undeuiinti. Liuius xxiiii cap. xlvi viui capti sexcenti, & signa militaria undeuiinti.

NVLLIBI solius Vitruuii (lib. vii cap. 1) & Glossariorum vocula. In idiotismis Vitruianis relinquent, qui puram & castam Latinitatem sectantur.

OBTENEBRARE, hoc est, tenebras offundere, an veteribus in usu fuerit, subdubitari potest. Exempla non succurrunt, nisi Vulgati Interpretis, &, qui hunc magno numero sequuntur, ecclesie Patrum. Analogiam probat quodammodo Varronianum il-

F 7 lud

lud lib. II de Re Rustic. cap. II p. 1.  
scunt, quoad contenebrauit, nisi &  
hoc in antiquatis scribi malueris.

OCTODECIM dubitanter dic-  
eo, quo libri, qui habent, non  
constanter habent, sed meliores  
pro eo signa XVIII exhibit.  
Ita factum in Plinii lib. xviii  
cap. xxiiii: in Orosii lib. I cap. xx,  
& quod in Hygini lib. IIII cap. de  
Ariete & Geminis Cl. vir Io.  
Schefferus plenis litteris perscri-  
ptum ediderat Octodecim; id nu-  
per doctiss. Munckerus vulgauit  
per notas XVIII. Cum aliis er-  
go duodeviginti aut decem & octo  
tutius est dicere. Cicero II Acad.  
cap. xxvi Mathematici solem am-  
plius duodeviginti partibus confir-  
mant maiorem esse quam terram.  
Exfar Gall. II cap. v fossa duodevi-  
ginti pedum. Liuius lib. ix cap.  
xxxiii circumactis decem & octo  
mensibus. Lib. xxvii cap. xxviii  
decem & octo nauibus captis.

ORI-

ORIENTALIS. Miratus  
sum, in Lexicis hoc vocabulum  
præteriri, vel si affertur illud (quod  
& ipsum in paucis factum est) si-  
ne auctore laudari. Necessarium  
enim videtur, cum omnes plagas  
reliquas signamus adiectiuis, (vt  
*australis, aquilonalis, quæ Cicero-*  
*niana sunt* 11 Nat. Deor. cap. xix.  
*septentrionalis, occidentalis, quæ*  
Plinius dixit lib. iv cap. xix &  
lib. xvi 11 cap. xxxiv) ut etiam ab  
oriente declinetur forma *orientalis*.  
Placet analogia, licet vetusta ex-  
empla defint. Maiorem enim Pal-  
ladio, qui usus sit hoc verbo, non-  
dum vidi. Is lib. 111 cap. xvii ab  
*orientali arboris parte.* Iustinus  
proximus est, qui lib. xiv cap. iv  
*auxilia orientalia,* & lib. xxxix  
cap. v *orientalia regna* dixit. Apu-  
leius lib. 111 Metam. *orientalis ad-*  
*spectus.* Ceteris idem significat *ori-*  
*ens* gignendi casu cum alio no-  
mine coniunctum. v. g. Plin. xix  
cap.

cap. xxv orientis Oceanus: lib. xvi

cap. xxxvi orientis populi. Sueton.

Tit. v orientis regnum.

PASSIO, siue ~~πάθος~~ affectum,  
siue per passionem malorum significare velis, non satis tuto adhibetur.  
Veteres enim Latini hoc vocabulum ægre admittunt. Ex Cornelii Galli Eleg. iii v. 42 citatur.

*Quæ nihil immimuit passio, nulla  
fuit,*  
sed dubius is auctor est, & vt doctiores putant suppositicius. Apuleius demum Asclep. p. 93 scripsit: *Incredibiles post delicta cogentur credere, non verbis, sed exemplis;* nec minis, sed ipsa passione pænarum. Ecclesiasticis autem nihil visitatius est. Prudentius in Corona Vincenti v. 292

*Pulchroque mortis exitu  
Omnis peracta est passio.*  
Sulp. Seuerus ii Hist. cap. xxii  
Exstant mandatae litteris præclaræ  
martyrum passiones.

PO-

POPVLOSVS, quasi πολυδύν-  
θεωπος, perrara vox in Lexicis, fre-  
quens autem scriptoribus latinis-  
tatis inclinata. Apuleius lib. viii  
plateæ populosæ; & mox, ciuitas popu-  
losa. Idem Florid. i. Indi, gens po-  
pulosa cultoribus. Ammianus xxii  
cap. xvii ad exemplum urbium ma-  
tris & populosæ & celebris. Pruden-  
tius Peristeph. vii (Heins. iv) v. 61

*Vix parens orbis populosa Pæni,*  
id est Carthago.

POSSIBILIS Quintiliano  
lib. iii cap. viii *dura appellatio*. Sa-  
ne rarius est, quam compositum  
*Impossibilis*. Vnum ex paucis ex-  
emplis propono. Laſtantius Opif.  
Dei cap. i *Divinam prouidentiam*  
*nec sensu comprehendere, nec verbo*  
*enarrare possibile est*. Palladius i ii.  
cap. xiv inclinato inde substanti-  
vo usus, *sarmenta, inquit, pro vitiis*  
*possibilitate seruabis*.

PRAESENTARE verbum est,  
iudicio Buchneri, recentioris La-  
tini-

tinitatis. In quibusdam Lexicis etiam Quintilianus & Plinius in partet vocantur, sed falso. Nam Fabii lib. xi cap. ii ineunte veteres, nouæ editiones, quotquot vidi, habent representat. Pliniana verba, quæ allegantur, de Pompeii capite, neutrius sunt Plinii, sed auctoris libelli de viris illustribus, qui Aurelius Victor esse creditur. Nam cap. lxxvii hæc tradit: *Caput (Pompeii) Aegyptio velamine inuolutum cum annulo Cæsari præsentatum est*, id est oblatum, præsens factum. Tamen alibi Plinius maior (xx cap. xix) scripsisse deprehenditur, *foliis speciem passerum præsentantibus*. Verum & hic locus incertus est, quia in margine varians lectio notatur *repræsentanti-bus*: Harduin autem *præbentibus* legit, haud dubie MSS. regios, ut solitus est, secutus. Meliore itaque sæculo non videtur hoc verbum in usu fuisse. Apuleius denique lib. vi,

je

*sese Iuno cum totius sui numinis augu-  
sta dignitate præsentat. & auctor Pa-  
negyrici Maximiano & Constan-  
tino dicti cap. IIII Neque tantum  
forma in te patris, Constantine, sed  
etiam continentia, fortitudo, iustitia,  
prudentia se se votis gentium præsen-  
tant. Veteres omnes repræsentare  
malunt.*

**PRIMOGENITVS** fere ec-  
clesiasticum est, nec ex profanis  
adhuc obseruaui, qui vsus eo esset,  
præter Palladium, cuius est lib. I.  
cap. xxxix primogeniti vituli ster-  
cus. Plinius, Calepino laudatus, du-  
bius est. Harduinus quidem lib. XI  
cap. XL primogeniti in textu: in  
notis vero primo geniti diuise: Fro-  
benius cum aliis, primis genitis. La-  
tinis is est natu maior, vel si plures  
filii, natu maximus: aut diuise pri-  
mum genitus.

**PROTECTOR.** Supra cap. I  
hanc vocem notauiimus pro defen-  
sore generaliter acceptam. Medio

æuo

ævo honestior erat, &c in aulam recepta, ut palatinum officium significaret. Gordianus enim, ut tradit Cedrenus, ἐποίησε πρωτίνωρας, instituit protectores, principem ordinem scholarium seu Palatinorum militum. Codex Theod. lege ix de Domest. & Protectoribus, preclarus : Deuotissimos protectores, qui armatam militiam subeuntes non solum defendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris nostri sollicitudinem patiuntur, unde etiam protectorum nomen sortiti sunt ; inglorios esse non patimur. Addi possunt alii in Cur. Poster. laudati.

P V R I T A S impurum Vossio visum, purificatur Palladio auctore lib. xi cap. xiv de vino : si VII pini nucleos in unum vini sextarium mittas, diu omnibus ante commotis, & paululum cessare patiaris, mox sumere puritatem, colarique debere & in usum referri. Reliqui, quos hoc vocabulo usos esse constat, sunt

sunt omnes inferioris ordinis, Capitolinus, Macrobius, Symmachus, Hieronymus, & horum æquales, quorum verba Poste. Curis exhibuimus. Analogia proba est, quia Cicero II Philipp. cap. III dixit *impuritates.*

**QVALIS QVALIS**, id est qualiscunque. Godsc. Stevvechius in lib. II cap. IV Vegetii non hoc solum, sed etiam aduerbialem formam *Qualiter qualiter*, pro qualitercunque, commendat: auctoritatem vero maiorem non afferit, quam Vlpiani. Lege II D, de bon. poss. secundum tab. § I *qualis qualis conditio sit*, & lege III de Proxenet. ministerium quale quale accommodauerunt. Et lege XI § 2 D. diuort. quali quali voluntate intelligi possit. Pro aduerbio *qualiter qualiter* in Foro Rom. idem Vlpianus citatur lege XII § 3. Dig. de Ratihabitione: verum Dionys. Gothofr. aliique ediderunt *qualiter* semel positum.

RE-

RESTAURARE Seruius ad  
Æn. 11 v. 15 videtur improbase:  
*non restaurata, inquit, sed instaurata*  
*dicuntur ædificia.* Eius vocis pa-  
trocinium suscepit Barthius ad Pe-  
trociorum Notis a CL. Daumio  
in lucem productis. Non probo,  
inquit, eorum audaciam, qui verbum  
hoc Latinitate damnant, & instaurare  
solum probant, quia scilicet ab Instar  
hoc descendat. Nec ego illud im-  
purum censeo. Nam Tacitus &  
Iustinus, non erubescendi auto-  
res, usurparunt, etiam sub Gallie-  
no Emeritenis inscriptio apud  
Gruter. p. 158. AEDIF. RESTAVR.  
& reliqua: nec tamen æquare il-  
lud alteri *instaurare* sustineo, quo  
vsa est omnis & melior & antiquior  
Latinitas.

SCRVTINIVM improbat  
cum Vossio Borrichius tanquam  
ab Apuleio noue fictum. Is enim  
lib. ix extr. scripsit: *Magistratibus*  
*placuit, obstinate denegantem scruti-*  
*nio*

nio detegere. Post hunc Ammianus quoque lib. xxix cap. xi inter scrutinia suppellectilis. Præfertur scrutatio Senecæ, de Beat. Vit. cap. xxxiiii, & Gellii lib. ix cap. x.

**SOLVMMODO** rarum antiquis adeo, ut Ioannes Vorstius de bonitate dubitauerit. Plinius habet lib. xxxiv cap. viii, *Non esse captus nec arte, unam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non vendidit Cato.* Reliqui qui vtuntur, posterioris dignitatis atque temporis sunt, & quod miror, ecclesiastici vel omnes vel plerique. Vide Curas Posteriores. Tutius & antiquius est *Tantummodo.*

**S T E R N V T A T I O** non reiicio, ut multi censores Latinitatis faciunt: nec valde laudo, quia sternutamentum plerisque scriptoribus probatur, Plinio lib. ii cap. vii lib. xx cap. xii & xvii, Senecæ epist. xlvi, & Celso passim. Solus fere Scribonius Largus ex antiquis

tiquis est, qui Compos. x scripsit, sternutationem statim inuitat, sed eo ipso loco prædixerat sternutamen-tum concitare, item proritat sternu-tamentum.

SVBIVGARE. Solus Asco-nius Pedianus huic verbo ex anti-quioribus patrocinari potest, nisi & ipse, quod Scioppio videtur, corruptus est a describentibus. Ita vero in Verrinam de Præt. Vrb. quod quisque de subiugata prouincia apportauisset. Ceteri omnes sunt posteriores, quotquot hoc verbo vtuntur, Arnobius, Laetantius, Eutropius, Claudianus, Pruden-tius. Vide Curas Posteriores. Vnum Prudentii ex multis exem-plis appono, de Maccabæa muliere in Romano v. 777

*Hostem subegit subiugatum septies.*

S V M M I T A S ex Palladio Rutilio defendi postulat, cui inferioris æui scriptores suclamant, Arnobius, Censorinus, Marcelli-nus,

nus, Macrobius, quorum verba ha-  
bent Curae Postiores. Vnum Pal-  
ladii testimonium sufficiat ex lib. I  
cap. xix, Negat Columella ventilanda  
esse frumenta, quia, magis miscentur  
animalia totio aceruis, que si non mo-  
veantur, in summitate intra mensu-  
ram palmi consistunt.

SUSTENTACULUM dis-  
plicet Vossio & Borrichio. Vetu-  
stissimus, quem usurpare obser-  
vamus, est Cornel. Tacitus lib. II  
Hist. cap. xxvii scribens: *si vi-*  
*ctoriae sanitas sustentaculum, columen,*  
*in Italia verteretur, non obrumpen-*  
*dos, ut corpori validissimos artus.*  
Hic vero pro columine, fulcro. De  
alimentis posteriores acceperunt.  
Augustinus lib. iv adv. Julian. Pe-  
lagianum cap. XIV *Alimentorum*  
*sustentaculis indigenus.* Paullinus  
Petrocorius lib. IV de Vita Mar-  
tini p. 430.

*Et ferrent vigilem per sustentacula*  
*mentem.*

G

Bar-

Barthius adnotauit: PER SVSTEN-  
TACVLA, non obsequio voluntatis aut  
luxuria, sed ut solum vita sufficiantur.

**VALEDICERE.** Divisum  
nemo in dubium vocat: de con-  
iuncto dubitauit magnus Vossius,  
cui Borsichius opposuit versum  
Ouidianum i Trist. vii

*Idque quod ignoti faciunt, valedi-  
cere saltem.*

Deinde Senecæ verba epist. xvii  
Reges Parbos non potest quisquam  
salutare sine munere: tibi valedicere  
non licet gratis. Quis autem spon-  
debit, non diuise scriptum fuisse,  
sicut Nasonis eleg. iii eiusdem  
libri

*Sapo Valedicto, rursus sum mul-  
loctus.*

Ciceronis est Att. v epist. ii salu-  
taui, postea iam iussi valere: Suetoni-  
i Aug. l. l. l. Discedens, sedentibus  
singulis valere dicebat. & Tiber.  
cap. lxxii Nec abstinuit consue-  
dine,

dine, quin tune quoque insans in me-  
dio triclinio singulos valere dicentes  
appellaret. In Galba idem cap. IV  
Morem retinuit, ut liberti seruique  
bis die frequentes adessent, ac mane  
saluere, vespere valere fibi singuli di-  
cerent. Eleganter quoque diuisit  
Capitolinus in Marco cap. XXVIII.  
Imperatoris morituri ad amicos  
dicta referens, si iam me dimittitis,  
vale vobis dico, vos praecedens.

VIROR. Stephanus: Idem si-  
gnificat, quod Viriditas, sed de quo  
nullum exemplum reperimus. At re-  
perit exempla & in Gazophyla-  
cio reposuit diligentissimus vir  
G.M.König, alterum nempe Apu-  
leii, qui Florid.lib.II priorum vi-  
rorum dixit: alterum Fortunati,  
cuius est lib. VIII Carm.v

*Aur de veste tui gemma virore  
micet.*

Addo Palladium Junio cap. XII  
dicentem: cui adhuc supereft ali-  
quid de virore. & Hieronymum,

G 2                   cuius

euius est epist. xxi viror futura re-  
surrectionis. Sed hæc sine prædi-  
cio elegantioris probatorisque  
vocabuli *Viriditas*, siue proprie-  
tate, siue translate *virorem* accipias. Ci-  
cero Sene&t. cap. XVI Quid de pra-  
torum viriditate, aut arborum ordi-  
nibus, aut vinearum oliuetorumque  
specie dicam? &c in Lælio cap. III  
Senectus quamvis non sit grauis, tâ-  
men aufert eam viriditatem, in qua  
eriam tunc erat Scipio.

VNIRE Senecæ ætate non  
erat usitatum, nisi in philosopho-  
rum circulis. Quæst. Nat. lib. II  
cap. II Expedire me poteram, si phi-  
losophorum lingua uti volsissim, ut  
dicerem unita corpore. Post hunc  
Apuleius VIII p. 207 unita sepulta  
ra ibidem marito perpetuam coniu-  
gem reddidere. Et hoc de pati-  
cipio, quo sane multos posterioris  
ætatis usos esse, Arnobium, Ma-  
mertinum panegyristam, Iuuen-  
cum, Hieronymum, Secundis  
Curiis

AVCTORITATIS MEDIAE. 149

Curis probamus. Verbi *Vniri* vñus rarioꝝ erat. Sulp Seuerus II Hist. cap. XLIII legatus Ariminensis consiliꝝ compellit imperator vniri bæreticorum communioni. Claud. Mameritus lib. ix de Anima cap. x duo iste ita tenus vniuntur. Alii malunt verbum *adunare*, quod per quam familiare est Iustino, vide Indicem Berneggerianum. Verum quod maior Iustino non repertus est, qui illud vñspauerit; duriter de hoc etiam nonnulli consue-  
runt.

VVLGARITER Ciceronis esse lib. XIII epist. LXIX vulgo cre-  
ditur, & ita editiones pleræque,  
etiam accuratissima Græuiana,  
habent. Contra quotquot fere  
noti sunt mss. libri, quos nomi-  
natim recenset editio Operum Ci-  
ceronis Gruteriana, (quibus ad-  
do chartaceum quidem, sed ut vi-  
detur, ex optimo & antiquo de-  
scriptum, Bibliothecæ Cizensis

G 3

Mau-



Mauricianæ) ita præferunt: *Hoc ad te eo pluribus scripti, ut intelligeres, me non vulgare, nec ambitione, sed ut pro homine intimo, ac mihi pernecessario, scribere.* Quod volunt ita dictum, ut saepe sublimetur pro sublimiter. Pareus Lex. Crit. legit vulgarie, a forma vulgarius, et sum Gelliana (lib. III cap. XVI) idemque in MSS. P. Victorio obseruatum esse testatur. Propius sane distant *vulgare* & *vulgarie*, quam *vulgare* & *vulgariter*. Nihilominus auctorem Plinium habet *vulgariter* lib. VIII cap. V, & lib. XXVIII cap. XIV. Hunc solum cognoui ex vera antiquitate, quem indubitato constet hoc aduerbio usum fuisse; reliqui recentiores sunt, ut Aur. Victor iunior in Vespasiano: *Tunc cauati montes per Flaminiam sunt prone transgressu, que vulgariter Pertusa Petra vocitatur;* & Maccer poeta herbarius Carm. I. *Barrachum nostri dicunt vulgariter illam.* In

\* \* \*

In hanc classem referri etiam  
oportet formam Præteriti RE-  
VERSVS EST, pro qua sem-  
per Cicero Reuererit, reuerterunt, re-  
vertisse &c. dixit. v. gr. philipp. i i  
cap. xxiv Thessalia Brundisium cum  
legionibus revertisti. Nec aliter ex-  
quales Ciceroni. Cæsari i Gall. cap.  
viii legati ad eum reuerterunt. Li-  
vius vii cap. xvii præda ingenti  
parte vñctores reuerterunt. Post Au-  
gusti obitum altera forma reuersus  
est, in usum recepta fuit, ut Phædri,  
Afonii, & Valerii maximi exem-  
plis Curæ Secundæ ostenderunt,  
ita tamen, ut antiqua & Ciceronia-  
na forma non eliminata fuerit;  
sicut nōstro fere seculo in obliuio-  
nem venit, altera recentiore utram-  
que paginam faciente. Nam hi ipsi  
subinde illa quoque usi sunt, v. gr.  
Val. Maximus lib. ii cap. x ad la-  
res reuerterunt. Participio reuer-  
sus minus abstinuerunt Cæsar. vi

cap. XLII, Velleius Paterculus II

cap. XI, Plinius auunculus XXXII

cap. I, Iunior VII epist. IV.

**PUISSIMVS**

Superlatiuus  
eiusdem aetatis est. Cicero enim  
XXXI Philipp. cap. XIX nouum &  
nullum in Latina lingua esse tradit.  
Sed posterior aetas non tulit hunc  
cenforem, nec terfissimi scriptores  
illo verbo erubuerunt, ut Seneca  
rhetor Controv. XXVII piissimo  
patri tormentum quefisse ex filiorum  
impietate. Philosophus ad Polybi-  
um cap. XXVI quod longe a sensibus  
tuis prudentissimis piissimisque abest.  
Curtius IX cap. VI o fidissimi piissi-  
mique ciuium etque amicorum. Ut  
raceam de sequioribus, & Carisio  
grammatico. In cippis veterum  
Romanorum nihil usitatius est  
quam patri piissimo, filio piissimo, uxori  
piissima, ut passim exempla ex-  
stant apud Gruterum & Reinesium.  
Nec altera forma Pientissimus in  
lapidibus & monumentis rara est,  
quam quod sepe posthabent gram-  
mati.

AVCTORITATIS MEDIAE. 153

matici, nec in Lexicis exempla pro-  
stant, pretium erit operæ, quædam  
huc ex multis afferre.

*Inscript. Reines. p. 698.*

D. M. S.

M. ANTONIO. AGATOPO.

M. ANTONIVS. FAUSTINVS.

PATRI. PIENTISSIMO,

BENE. MERENTI.

F

*Ibidem p. 747.*

D. M.

SECVRITATI. AETERNAE.

\*IVLIAE. IVLLIANAE.

MODESTIVS. ISMARAGDV.

VXORI. KARISSIMAE. PIENTISSI-

MAE. ET. DVLCISSIMAE.

\*Tulliae T leg: Reines.

Tandem hoc pertinere videntur  
locutiones *abstractiua*, ut philo-  
phi vocant, inauditæ Ciceroniano  
æuo, quarum semina non nulla  
sparsit argentea Latini sermonis  
ætas, qualia sunt Velleii *mediocri-*  
*as nostra lib. II cap. cxi, & Val.*

G 5 Maxi-

Maximi Präfat. mea paruitas : mes-  
sem vidit tempus æneæ Latinita-  
tis, præsertim sub Christianis prin-  
cipibus. Tum enim ad fastidium  
vsque huiusmodi formulæ inculca-  
bantur legibus, epistolis, sermoni-  
bus, sublimitas tua, claritas tua, tran-  
quillitas vestra, præstantia tua &c.  
e. c. Arcadius Aug. Aureliano. P.F.  
Pr. Cod. Theod. de pœnis lege XVII  
ad Cyprum Insulam (Eutropius) per-  
ducatur, in qua tua sublimitas rele-  
gatum esse cognoscat. Et eodem Cod.  
Valentinianus & Valens AA. ad Se-  
cundum P.F. P. lege v de Susceptor.  
excellentia tua vetustum morem con-  
suetudinemque se habitur. Adde  
Cur. Poster.

IMPATIENTIA absolute  
recentioris æui est. Veteres (non  
autem vetustissimi, apud quos non  
inuenimus) Genitium addebant,  
vt *aflus impatiens* Plinius IX. 16.  
frigorū XI. 23. *Veneris* Apuleius  
lib. II. Metam.

CA-

205 (155) 50

CAPVT III.

*De Notionibus peregrinis.*

**A**Vocabulis suspectis, vel postea-  
tiori suo in usum receptis  
ad antiquiora & magis Latina  
progredimur, quibus vel media  
vel infima etas nouas & veteribus  
ignotas notiones seu significatio-  
nes imposuit. Talia sunt.

**ADVOCARE** pro causa age-  
re, reo adesse in periculis. Est enim  
Latino in foro vocare & cogere,  
qui adsint & patrocinentur, ut  
multis verbis & accurato iudicio  
contra Lipsium probauit I.F.Gro-  
nouius in Senecæ lib. 1 de Clem.  
cap. ix videtur Plinius lib. v  
epist. viii obstat, sed quam du-  
bius locus sit, Notis ad illum o-  
fendimus.

**AEGRITVDO** aureo Latinita-  
tis saeculo erat tristitia, moeror &

G 6 ani.



## 156 III. NOTIONES

animi potius, quam corporis morbus. Cicero in Tusci cap. x *Præclare nostri molestiam, sollicitudinem, angorem, propter similitudinem corporum agrorum, agritudinem nominauerunt.* & mox: *proprietate regotatio in corpore,* sic *agritudo in animo.* Liuius lib. XXII cap. viii *occupatis maiori agritudine animis.* Post Augusti obitum sensim ad corporis infirmitudinem retrahendum fuit vocabulum. Mela lib. III cap. vii de Indorum senibus: *priusquam annis aut agritudine in maiorem eant:* & Columella vir lib. vii de caprarum morbo: *quod si eares agritudinem non depellit:* & Plinius VIII cap. i de elephantis, *fessi agritidine, quando & illas moles infestant morbi.* Adde Curt. III cap. v. Sed hæc tum rariora erant, nec Ciceronis elegantia in obliuionem venerat, ut sequenti ferme ætate factum fuit.

ASPORTARE est quasi abspor-

ARE;

tare, deportare alio, non ut inter-  
eat ibi, quod Asconius addit in Di-  
vinat. Verr. & per id a deportare  
distingui vult; sed saepe etiam ut  
conseruetur. Sic enim Nepos The-  
misti. cap. II que moueri poserant,  
partim Tracenen asportant. Male  
ergo hodie pro apportare a multis  
ponitur.

ASSERERE Augusteo suo vin-  
dicare sonabat, ut in libertatem affe-  
rere. Antoninorum demum tem-  
pore pro affirmare adhiberi coepit.  
Adde Discussionem nostram, vbi  
que ex Cæfaro & Varrone obiecit  
Andr. Borrichius, exploduntur.

AVDAX, AVDACIA plerum-  
que in malam partem. Hinc No-  
nius: *audacia temeritatis est.* Minus  
scite ergo in elegantiis nostri lo-  
cant, dum vernacula Latine red-  
dunt sibi erkuhlen / eines Künheit  
verzeihen. Elegantius Cicero lib.  
xiii ep. li *Sum si hoc mihi, ut &c.* &  
lib. vii ep. v *Vide, quid mihi sum-*  
*BENE-*  
*serim.*

BENEDICERE in antiquo Latio duas notiones obtinuit, pri-  
mum ornare dicere. Cicero II Orat.  
cap. II *benedicere, quod est scienter,*  
*perite, & ornate dicere.* Deinde be-  
ne precari, bene sentire. Idem pro  
Sextio cap. LII *cui benedixit un-*  
*quam bono?* Sequiore aeuo pro lau-  
dare acceptum. Apuleius Asclep.  
extr. *benedicentes Deum orantesque,*  
*quaes syntaxis sicut noua & horrida*  
*est, ita ipsa significatio non purissi-*  
*ma, sacris tamen scriptoribus maxi-*  
*me recepta.* Nouissima notio &  
mere ecclesiastica pro fortunare, sa-  
lutem & felicem rerum successum lar-  
giri, quod solius Dei est, etiam ad  
subit. benedictio extenditur, more  
& vsu Ebraeorum.

CAVSSAR I philosophis est  
produc*i*, generari: Latinis autem  
vel veram vel vanam caussam di-  
cere. v. g. Curtius lib. VI cap. VII  
non vacesse sermoni suo regem cauf-  
satus, hat vorgewandt, der König  
habe

habe nicht Zeit gehabt ihn zu hören  
 Pro Rosc. Am. cap. xiv, *numquid caussare?* (caussam dicis) quæ le-  
 & tio in Palatinis quoque habetur,  
 vtut alteram, *numquid caussa est,*  
 malit Turnebus aduers. lib. xxix  
 cap. xxxvi.

COMMVNITER latine signi-  
 ficat *non separativm, non seorsum,*  
*miteinander, uniterheilts.* Cicero  
 lib. xiiii epist. xii. *Alia epistola*  
*communiter commendauit tibi legatos*  
*Arpinatum, vt potui diligenterissime:*  
*hac separativm Q. Fusidium. & pro*  
*Rosc. Am. cap. xxxvii iste Roscius*  
*omnia cum Chrysogono communiter*  
*possidet. & Linius lib. xxxv cap.*  
*XLVIII Prowectus est intemperantia*  
*lingue in maledictæ, nunc communi-*  
*ter Romanorum, nunc proprie ipsius*  
*Quintii. Nec cadente Latinitate*  
*mutata sententia fuit. Etenim Le-*  
*ge i Cod. deContract. non aliter,*  
*quam supra Cicero: quæ separativm*  
*communiterue gesserunt. Male ergo*  
 &

## 160 III. NOTIONES

& barbare pro vulgo adhibetur,  
v.g. communiter solet ita fieri &c.

COMPILARE veteribus semper in malam partem, bestehlen, ut *fana compilare* Ciceroni i. Nat. Deor. cap. xxxi; *templa omnibus ornamentiis compilata* Liuio lib. XLIII cap. vii; *scrinia compilare* Horatio i Satyr. i extr. Quod vero recentibus etiam in bonam partem accipitur, barbarismi criminē an absoluī possit, incertum est. Vide Vorstii Suspect. Latinit.

CONDOLERE Ciceroni est idem, quod *dolere* Lib. III de Orac. cap. ii latus ei dicenti *condoluisse*, sudoremque multum consecutum esse audiebamus. Si vero pro συμπάθεια ponatur *condolere* alicui, mitte leiden mit einem haben, aliena voci Latinæ affingitur significatio, qua nec opus est, cum possis dicere: vicem alicuius dolere, participem sollicitudinis & doloris esse Cic. XVI ep. XXI, pari molestia affici, prope aque

*aque dolere iv ep. v & vi, dolor tuus  
mibi dolori est vii ep. ii. Forsan ta-  
men Ouidii locus v Trist. eleg. iii  
v. 32. vulgari notioni præsidio esse  
potest. Nec vero poetæ ratus ex-  
emplum consensui ceterorum  
præjudicat.*

**CONFUNDI** pro *erubescere,*  
*pudescere.* Vulgato interpreti &  
hunc sequentibus ecclesiasticis val-  
de usitatum. Latinis, antiquis præ-  
fertim, est *miseri*, translate *pertur-  
bari*, e. g. Velleii, II cap. cxxv *cu-  
piditas ononia confundendi.*

**COR** multis Germanismis &  
Ebraismis subiacet, ut *toto corde*  
*diligere*, *ex intimis cordis penetrali-  
bus &c.* Non quidem negamus,  
interdum idem valere, quod *mens*,  
*animus*: at caute agant tirones, ne  
Latine locuturi vel scripturi in  
Germanismos incident.

**CREPVSCVLVM** vulgus ad  
utramque dubiam lucem refert,  
sive matutina sit, sive vespertina.

Pli-

Plinius vero lib. xviii cap. xxv dicit: *mane vel crepusculo.* Columella XII cap. I Primo mane (villico) cum familia prodsundum est, & crepusculo, peractis operibus fatigato re' endum. Censorinus cap. xxiv summo studio singulas diei & noctis partes describens, crepusculum ad noctis initium refert, sicut diluculum ad initium diei. Et sic alii quoque inter mane & crepusculum distinguunt, & hoc diluculo opponunt. Servius quidem in Aen. II v. 268. De crepusculo, inquit, quod est dubia lux (nam creperum dubium est) queritur, & licet utriusque tempori posset iungi, usus tamen, ut matutin. iungamus, obtinuit. Sed vel error Servii, vel lapsus subest librarii, ut ex Plinio, Columella, Censorino demonstratum fuit.

CRVX, id est patibulum, per translationem alias miseras significare potest, si ita orationem attemperes, ut ad Romanum supplici-

plicium respiciatur, ut sicut Comicis hominis interdum notat, qui angunt & affligunt. Verum quod nostris quascunque calamitatis in quoconque sermone, extra respectum Romani supplicii significat, propius absit a Germanismo.

**DEPRECARI**, ut Gellius docet lib. vi cap. xvi est valde precari, deinde *propulsare, abominari, quemadmodum Cicero vi Rep. inuidiam deprecabatur, hoc est, Gellio interprete, propulsabat inuidiam.* Iustinus xi cap. ix eleganter utramque notionem coniunxit verbo semel posito: *non mortem, sed dum Darii corpus sepeliant, dilatationem mortis deprecantur.*

**DESOLARE agros actiue dicunt Latini, Virgilius Aen. xi, 367 Columell. i cap. iii. Item manipulos militum Virg. c. l. v. 870, & Statius ix Theb. v. 672. desolatum magistro agnoscere, Etiam Lucanus iv,**

700 nocturnaque neunia valli desolata fuga. Non autem desolare artem urbem, ut sit idem, quod demoliri, vastare, quia est necare, ad paucos redigere, colonos abducere.

DICTIO est oratio vel dicendi genus Cicero i de Orat. cap xxxiv  
Educenda dictio est ex hac domestica exercitazione, & umbratili, medium in agmen, in puluorem, & clamorem, in castra atque aciem forensem. Pro vocabulo Grammaticis relinquendum. Nec vero recens hæc usurpatio est in Grammaticorum schola. Diomedes lib. i p. 275 Quidam sic definunt: Oratio est compositione dictionum, consummans sententiam, remque perfectam significans. Securus sic: Oratio est ore missa, & per dictiones ordinata pronuntiatio. Quapropter in grammatico sermone toleratur haecnotio: ad oratorium stilum, quod exempla defunt, minus tuco affertur. Catonis enim

enim auctoritatem, ad quam non nulli prouocant. nullam esse & ex spurio libro petitam, Curis secundis demonstratum fuit.

**DISCRETVS** antiquis est diuisus, separatus, ut Lucretio lib. vi, 790 discreta semina. Plinius lib. ii epist. vi memento nihil magis esse vitandum, quam istam luxuria & sordium nouam societatem: qua cum sint turpissima discreta & separata, turpius iunguntur. At pro modestus, ut vulgus nostrum interpretatur, barbarismum olet. Idem censemus de deriuatis *Discrete & Indiscretus*. Cicero Iuuent. lib. i cap. xxx In presentia partes argumentandi confuse & permisse dispersimus: post discrete & electe digeremus. Apuleius de Mundo, indiscretis finibus Pamphylium, Syrium, Ægyptium mare. Spartanus in Nigro cap. iii cum indiscrete subcellia Circi maximo repleta essent.

**DISCVRSVS** pro sermone:  
&

& verbum discurrere pro sermocinari barbare dicitur, nec afferri antiquior auctoritas potest, quam Ammiani Marcellini, non purissimi scriptoris, qui lib. xvii cap. vi (Vales. c. 4) super quo, inquit, nunc, quia tempestivum est, paucis discurrunt. Substantivi Discursus non prius exemplum Lindenbrogius in Notis, quam ex sacculo Caroli M. accessit. Abstinenter ergo hac significatione, qui filium sedantur puriorem. Quid propriè & latine sit discurrere & discursus, non obscurum. Liuius i cap. ix signo dato iuuentus Romana ad rapidas virgines discurrit. Seneca epist. ciii de vero peregrinationis usu: Quamdiu quidem nescieris quid fugiendum, quid petendum, quid necessarium, quid superuacuum, quid iustum, quid honestum sit, non erit hoc peregrinari, sed errare. Nullam tibi opem feret iste discursus.

DISPENSARE pro legibus  
sol-

soluere nouum est. Vetus notio verbi huius est disponere & procurare, v.g. dispensare res domesticas. Etiam cum cum distribuere, Nepos in Conone cap. IV quem vellet eliger ad dispensandam pecuniam: seu aliquid dividere. Curt. VI cap. IV annis duo itinera, velut dispensatis aquis, aperit. Idem censeas de nomine Dispensatio. Frontinus de Aqueduct. lib. II (p. 243. ed. Keuch.) de divisione aquarum: Sed bac ipse dispensatio per nomina aquarum ad regiones Urbis pertinet.

DISSITVS antiquis est di-  
persus, disseminatus. Lucretius lib.  
III v. 144

Cetera pars anima per totum  
diffusa corpus.

& lib. IV v. 886.

Per membra atque artus animai  
diffusa vis est.

Non ergo pure vulgo dicimus.  
terra longe diffusa, populi longe diffusi,  
quam-

quamvis idem confirmare Apuleius & Florid. videatur. Homines inquit, neque longule distissa, neque proxime assita possumus cernere, de quibus durius censet Scioppius de Voss. n. 15. & Apuleii asino, quam Tullio aut Liuio, digniora esse iudicat.

DITIO potestatem significat & imperium, e. g. in ditionem redigere Curt. iv cap. I ; dittonis sua facere idem cap. IV , & aliena ditionis esse lib. v cap. v ; & Liuuius lib. XXI cap. LX omnem oram ad Iberum flumen, Romana ditionis fecit. Idem lib. XXXI, cap. VII in ditione habere dixit : & sub ditione cuius esse lib. VI cap. XXIX ; in ditionem tradere idem XXVI cap. XLII ; ditioni adicere regionem Curt. iv cap. I n. 26. Addit CL. Freinsheimius in Indice, manifesto discrimine ditionis & regionis, que vulgo confundunt. Non ergo pro ipsa prouincia & regione, ut hodie fit, accipi hoc vocabulum pot-

poteſt, neque antiquior, qui ita abuſus illo fuerit, repertus nobis eſt, quam Paulus Diaconus in Iuliano, ſeu quisquis auctor eſt Mifcellæ Historiæ, cuius verba exhibent Posteriores Curæ.

DIVVS, DIVI, ſunt vel Dii, vel d̄i⁹s, & ipli numero Deorum adscripti. Improbat ergo Cl. Vorſtius, ſanctos Apoſtolos aliosque Diuos appellari, v. g. Diuus Paulus. Tutius dixeris Diuinus Paulus, ſicut Cicero diuinum Platonem vocauit, & paſſim diuinam virtutem. Aut potius ſanctos, beatos exemplio veterum Christianorum dicamus. Neque adhuc probari antiquis exempliſ potuit, Diuus, Diua adiectiuum eſſe, & aliud, quam Deus, Dea. Liuius lib. vii cap. xxvi Si diuus, si diua eſſet, qui ſibi præpetem miſiſet, propitiuſ aderet. Idecirco non magis licet Diuus Paulus, Diuus Auguſtinus; aut de principibus Diuus Carolus,

H.

Diuus

Diuus Ferdinandus &c, dicere, quam  
Deus Paulus, Deus Augustinus, atque  
ita de ceteris. Plura vide in Curis  
Posterioribus.

DOMINVS imperantem La-  
tinis significat, v. g. Tacit. Hist. IV  
cap. XVII Romani deuictarum gen-  
tium domini communes; siue mo-  
narcha sit, vt Plinius Traianum  
appellat *Dominum* lib. x Epistola-  
rum: siue *tyrannus*, quo modo  
Tiberius inuisum nomen refugit  
Tac. II Annal. cap. LXXXVII, siue  
denique familiæ suæ imperet, Vir-  
gil. Eclog. III

*quid facient domini, audent cum  
talia fures.*

Hodie communis titulus omnium  
ingenuorum est, vt vix liceat me-  
diocris sortis hominem appellare,  
nisi præmisso *dominationis* honore.  
Ita inueteratus mos est, vt sine  
multorum offensa emendari posse  
non videatur. Cui forsan occa-  
sionem præbuit Romanorum con-  
suetu-

suetudo, qua obuios, si nomen non succurrebat, dominos salutarent, teste Seneca epist. III. Et primum imperatorum nominibus praefigebant D. N. hoc est *Dominus noster*, & sexu mutato etiam fœminis Augustis habebant idem honoris. In Reinesianis Inscriptiōnibus p. 323.

PIISSIMAE. AC. VENERABILI.

D. N. HELENAE. AVG.

MATRI. D. N.

MAXIMI. VICTORIS. AVG.

CONSTANTINI.

ET AVIAE. DD. NN.

CONSTANTI. ET. CONSTANTIS.

ORDO. ET. POPVLVS.

SVRRENTINOR.

DVELLVM antiquis est belum, quod ex Plauto & Horatio liquet. Ille enim Epid. act. III sc. IV. apud reges armis arte duellica diuitias magnas indeptus hic lib. I. epist. II. Troianum bellum lentum duellum vocat, Adde Cic. in Oratore cap. XLV, & Liuium lib. XXII.

H 2

cap.

cap. x. Quod autem vulgus *duellum* hodierno die vocat, id veteribus erat *singularis pugna*, Eutrop. *ii* cap. *ii*, & Sulp. Seuer. *i* Hist. cap. *xxxiv*; item *singulare certamen* Vopisc. in Probo cap. *ix*.

**E X A V D I R E** Latinis saepius est audire. Cic. *i*. Div. cap. *xxxiiii* subito exaudiuit hinnitum; & i Catil. cap. *viii* quorum voces exaudire potuisti. Nostrates attributunt unicum significatum, precibus adnovere, erhortari. Potes pariter dicere, Deum preces audire, atque exaudire. Nam *audio* etiam est obsequi, aut facere, quod quis petierat.

**E X C E S S V S** Ethicis significat vitiū genus, quod augendo circumstantias declinat a virtute. Priscis Latinis erat idem, quod *discessus*, ut Cic. *iii* Fin. cap. *xviii* *excessus e vita*, id est mors: quam etiam demto *vita* vocabulo, significat, vt Tacito *i* annal. cap. *vii* & *xiv*.

**FESTI-**

FESTIVITAS est lepor & iucunditas. <sup>1</sup> ad Herenn. cap. viii  
Illud genus narrationis, quod in per-  
sonis positum est, debet habere sermo-  
nis festiuitatem. Sero, nec ante-  
quam caderet lingua Latina, fe-  
stum diem, aut solennitatem, v. g.  
nuptiale, significare ccepit. Lam-  
pridii & Prospcri Aquiranici te-  
stimonia Secundis Curis exhibui-  
mus. Sed malo Ciceronem, quam  
hos, imitari.

FORNICARI est fornice ar-  
cuari. Plinius xvi cap. xlxi palma  
fornicatur, hoc est sursum incur-  
vatur, & de apibus lib. xi cap. x  
ruentes ceras fulciunt pilarum inter-  
gerinis a solo fornicatis. Ammianus  
lib. xxvi cap. xxiv fornicatum  
aedificium. Vitruvius lib. v cap. v  
cellæ conformicentur. Quod vero  
Fornix etiam lupanar significat,  
fornicari vulgatus Scripturæ in-  
terpres pro scortari viu+pauit, sed  
sine consensu veterum Latino-

H 3 zum.

rum, Eadem ratio est substantiuorum FORNICATIO & FORNICATIONIS, quorum vtrumque de venerea re persæpe usurpatur ab eodem interprete. Prioris usum ita tradit Seneca epist. xc<sup>v</sup> Societas nostra lapidum fornicationi similissima est: quæ casura, nisi inuicem obstanter, hoc ipso sustinetur.

GENTILES Cicero Topic. cap. vi definit, qui eodem nomine sunt, ab ingenuis oriundi, quorum maiorum nemo seruitutem seruinit, nec capite sunt diminuti. Breuius: ex eadem orti gente. Adde Gelium lib. xvii cap. xvi, supra in CONCIVIS allegatum. Ecclesiasticis Gentiles sunt idololatræ, Henzen, pro qua notione alii malunt paganos dicere. Pagani enim fuerunt, qui non erant milites. Plin. x epist. xviii & milites & pagani: Veget. ii cap. xxii si doctrina cesseret armorum, nihil paganus distat a milite. Hinc translate pagani omnes,

omnes, qui Christo non militant  
seu Christiani non sunt. Alii paga-  
nos malunt a *pagis* dictos, quod  
templis urbiuum a Constantino  
clausis in pagis deos coluerint,  
quemadmodum Prudentius in  
Romano v. 296 idolorum cultorem  
vocat *pago deditum*. Concedo ele-  
gantius vocabulum *paganus* adhi-  
beri: nec tamen eripi potest alte-  
rum *gentilis* aut cognatum *ethnicus*,  
propter inneteratum usum.  
Vtrumque enim in ecclesia anti-  
quum est. Hieronymus in Ephes.  
v comm. 20 *Hoc & gentilis facit, &*  
*Iudeus, & publicanus, & ethnicus.*  
Idem epist. 11 *gentilis litteratura*,  
i. e. lectio paganorum scriptorum:  
& epist. xxxi 11 *Cernimus ethnicos*  
*atque Iudeos, haereticos atque diuer-*  
*sorum dogmatum homines voluntari*  
*in caeno libidinum.* Nec tamen Pa-  
gani vox ecclesiasticam notionem  
recens aut nostra demum etate  
suscepit. Idem Hieronymus in

H 4 Psal.

## 176 III. NOTIONES

Psalmum XLII pagani Deos suos dico ostendunt. & Orosius VII cap.  
XXXV Claudianum poetam vocat  
*paganum peruvicatissimum.*

GRATIOSVS, Rud, Gocle-  
nius Observ. L. L. improbat for-  
mulam Domine Gratiose, quod *Grati-*  
*osus* est, qui admittit gratiam, seu  
gratia pollet. Ita quidem est, ut  
plerumque Latinis significet eum,  
qui valet gratia apud alios, vnde  
Linius XXXIX cap. XXXII plebeii  
quoque gratiofi homines petebant: no-  
lim tamen alteram significationem  
in barbarismis ponere, quia Gel-  
lius IX cap. XII *gratiosus*, inquit,  
qui adhibet *gratias*, & qui admittit,  
quanquam notio altera perrata est,  
ut vix exemplis comprobari possit.  
Quod vero etiam, qui iucundi &  
elegantis ingenii est, nonnulli *gra-*  
*tiosum* vocant, id Gallicismum sa-  
pit. Vide Voss.

HACTENVS de tempore in  
omnium fere ore est, sed, si Cice-  
ronem

ronem consulat, non purissime.  
Hic enim adhuc pro eo, quod vul-  
go est haec tenus, constanter dixit:  
Haec tenus vero aliter adhibuit, ut  
idem sit, quod ad hunc usque locum,  
& de loco librorum aut scripturæ  
sæpe usurpat, Sed haec haec tenus,  
Haec tenus de litteris. Sic xiiii Att.,  
epist. xxii Sed haec haec tenus, ne vi-  
dear περὶ μηνὰ σωθάζειν. Dein-  
de sequente V I notat eam tenus, in  
tantum. Lib. ii de Oratore cap. xxvii  
Haec artem & præcepta duntaxat ha-  
ec tenus requirunt, ut certis dicendi lu-  
minibus ornentur. Iustinius xxxix  
cap. i rex a matre haec tenus consti-  
tuitur, ut nomen regis penes filium:  
ius autem omnis imperii penes ma-  
trem esset. Et ita Suetonius sæpe,  
& Plinius lib. iv epist. viiiii, Taciti-  
tus ii an. cap. xxxiv n. 4. Quæ  
in contrarium obiciuntur, aut am-  
bigua sunt, aut rara nimis, ut Tul-  
lianam normam non possint de-  
prauare.

H.

HV.

HVMILIS notat proprię, quod humi repit, paruum est. Curtius VII cap. IV neminem adeo humiliēre, ut humeri eius non possent Macedonis militis verticem aquare, Plinius lib. VII epist. XX humili radice descendunt. Metaphorice est abiectus, ignobilis. Cicer. I. Fin. cap. XV succumbere doloribus, eosque humili animo, imbecilloque ferre, miserum est. Pro modestus autem nos acceptum fuit, priusquam inclinaret Latinitas, aut peregrina specie deformaretur. Adde Cur. Poster.

HVMILITAS pariter non virtutem, modestiam, Demuth, significat, sed altitudini opponitur, ut humilitas arborum Sallust. Iugurth. cap. XLIX; nauium Cæl. v Gall. cap. I; aut dignitati, e. g. humiliitas generis, idem Sallust. Iug. cap. LXXII.

IMAGINARI est alicuius similitudinem mente concipere.  
Plin.

Plin. ix cap. xxxv *imaginari ferula triumphi*. Deinde somniare. Plinius iunior v epist. v *Visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo --- mox imaginatus est venisse Neronem*. Suetonius Cæs. lxxxii *Calpurnia vxor imaginata est collabifastigium domus*. Pessime ergo abutuntur verbo tirones nostri, quando pro tribuere sibi, aut persuadere sibi & arbitrari adhibent.

IMO vel IMM O correctio-  
nis est, non affirmationis Aduer-  
bium.

IMPINGERE pro offendere  
ignorat casta antiquitas, cui est  
iniicere, infligere. Plautus Amphit.  
act. iv sc. iv ex vulnere, quod mi-  
bi impedit. Phædrus lib. iii fab. vi  
Æsopo quidam petulans lapidem im-  
pegerat. Quæ vero hodie obtinet  
significatio, iam tum Hieronymi  
ætate in vsu fuit. Sic enim præ-  
fat, in Danielem ( seu epist. cxx )  
cum me in lingua huīus pistrinum re-

H 6

clu.

*cluſſem, --- impegi nouiſime in Da-  
nielem, id eſt in ſtilum Danielis  
Chaldaicum. Malo cum antiquis  
loqui, quibus non deſt, quo re-  
centiorem notionem ſigniſcent.  
Cicero ix epift. 11 *Quis eſt tam lyn-  
ceus, qui in tantis tenebris nihil offen-  
dat, nusquam incurrat?**

INDIGITARE verbum, quo, ſi Varrois fragmentum apud Nonium excipias, fere ſoli vtuntur auftores Latinitatis ca- dentis: neque hi ſepenumero. Hodie tritum eſt & peruulgare, ac vim nominandi aut indicandi ha- bere creditur. Sed ſubobſcurum, quid veteribus ſignificauerit. Varro: quam deam ſolent indigitare ritiam pontifices. Macrobius. i Saturn. cap. xvii Virgines Vestales ita indigitant: Apollo Medice, Apollo Pean. In his Vofſius interpreta- tur inuocare. Tertullian. de Le- iun. cap. xvi precem indigitant, bofiam inſtaurant, quod videtur eſſe indi-

indicere. Ergo vulgaris notio indicare, nominare incerta est. Nec origo certior, dum alii a *digitus*, alii ad *indigetes* deducunt, vnde per I & E scribitur.

INFRACTVS Ciceroni & æqualibus significat *fractus* seu *valde fractus*, nec ab in & *fractus* compositum est, sed ex Verbo *infringo* inclinatum. Gifanius Observ. L. L. & Pareus Lex. Crit. adnotarunt, veteres uti verbo iuncto *infactus* saepius, quam simplici *fractus*. e.c. Cicero ad Quir. post Red. cap. VIII Marium vidi cum esset summa senectute, non modo non infarto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renouato. Virgil. ix Aen. v. 500. torquent *infactæ* ad prælia vires. Curt. ix c. 11, n. 30 auersos animos & *infactos* excitare conor. Velleius II cap. XXXIX Gallæ Cæsaris ductu auspicis que *infactæ* ignuum conferunt stipendum. Idem confirmat substantia-

H 7 tiuum

tiuum Tullianum III Tuscul.  
cap. vi i, *Verisimile est, in quem cadat  
egritudo, cadere in eundem timorem,  
& infractionem quidem animi, & de-  
missionem.* Male cum his congru-  
unt, qui hodie pro non fractus sur-  
pant, quibus quidem Hierony-  
mus atque Symmachus fauere vi-  
dentur (vide Post. Cur.) sed præ-  
stat antiquiores, quam hos aut eo-  
rum æquales sequi.

INFVCATVS pariter significa-  
tionem simplicis non negat, sed  
auget. Est enim ab infucare, id est  
foco inficere. Cicero III de Ora-  
tore cap. xxv extremo: *In scriptis  
& in dictis non aurium solum, sed ani-  
mi iudicio etiam magis, infucatae vi-  
tia noscuntur.* Verum & hoc muta-  
vit posterior ætas, ut Curis Secun-  
dis ostendimus.

INQVAM hodie adhibetur ad  
reuocandum & corrigendum ser-  
monem, si quid perperam dictum  
est. Olim continuando sermoni,  
qui

qui paullum interruptus fuit, ser-  
viebat. Pro correctione autem  
in vsu fuit: *illud volui dicere, & si-*  
*milia.*

INTERCEDO, INTER-  
CESSIO, & INTERCES-  
SOR referuntur vulgo ad offici-  
um deprecatoris, Vorbitten, Vor-  
bitte, Vorbitter. Ciceroni aliisque  
antiquis notant *legibus contradice-*  
*re*, protesti en. Alterum autem  
significatum ita explicant Latini:  
Tullius post Red.ad Quir. cap. IIII  
*supplicare cui pro aliquo, & cap. IV*  
*adesse cui ad deprecandam calamiti-*  
*tatem eius.* Plinius VI epist. IV ego  
precum tuarum minister, adiutor,  
particeps ero. Iterum Tullius IIII  
epist. XXXV quem Cesar meo benefi-  
cio in Nouocomenses retulit, hoc est  
me rogante, quod nostri dixissent,  
mea intercessione: & epist. XXXVI ro-  
gatu meos quod idem est. Liuius  
lib. XXXVI cap. XXXV *Ego apud con-*  
*sulens deprecator defensorque vobis*  
*adero*

adoro. Suetonius Cæs. cap. LXXXIII  
**C.** Meminii etiam suffragator in peti-  
 tione consulatus fuit. vbi Ber. ega.  
 in Indice, absurde vulgo interces-  
 sor.

**I T A** absolute positum simili-  
 tudinis potius, quam affirmatio-  
 nis Adverbium est: at sequente  
**E s t**, affirmat in responsione, **I t a e s t**  
**I a**, dem ist also. Non autem abso-  
 lute **I t a I a**, nisi est subaudiatur.

**I T E R U M** perperam vulgata  
 consuetudine pro vicissim adhibe-  
 tur, v. g. iterum alicui gratificari.  
 Nam iterum Latinis est secundo,  
 zum andern mahl. Nepos Hannib.  
 cap. v Gracchum iterum consulem  
 in insidias inductum sustulit. Velle-  
 ius II cap. XXXIV Lentulus con-  
 sularis & prætor iterum, quod Plutar-  
 chus in Ciceron eredidit. deute regov  
 Cicero I Inuent. cap. XXXIX Primo  
 quidem decipi incommodum est: ite-  
 rum stultum: tertio turpe.

**I V X T A** frequens vocula in  
 citan-

citandis auctribus, vt iuxta Horatium, iuxta Plinii verba &c. Veteres autem dixerunt secundum Hometum, teste Catone, ex sententia Ciceronis, & (quod Liuius xxxvi 19 habet) Polybio auctore. Et his iuxta est prope neben. e. c. Nepos Att. cap. xxii sepultus est iuxta viam Appiam. Cadens Latinitatis pro secundum usurpauit, vt Solinus cap. xi iuxta siderum disciplinam, Saluianus lib. vi p. 125 iuxta Domini nostri dictum. Adde Cur, Post, Sed nolim hos doctores Latinitatis antiquioribus anteferri.

LVS C VS yulgo pro strabone ponitur, schielend: Latine est vnoculus, seu oculo captus. Vid. Voss.

M E C H A N I C V S male hoc vocabulum ad illiberalia opificia & sellularias artes detruditur. Opera quidem manuum in mechanicis opus, sed magis ingenio. Vnde ingeniosum artificem, qui machi-

machinis & mirandis instrumen-  
tis opus perficit, mechanicum ve-  
teres dixerunt. Sueton. Vesp,  
cap. xvii i mechano, grandes colu-  
mnas exigua impensa perducturum  
in Capitolium pollicenti, præmium non  
mediocre obtulit. Quos autem  
vulgus mechanicos vocat, opifices  
appellabimus : eorumque humiles  
artes non mechanicas, sed sellularias,  
sedentarias ; aut vulgares, ut Cicero  
dixit pro S. Rosc. cap. XLVI.

MEDIA pro subsidiis aut sum-  
tibus ex Germanismi consuetudi-  
ne persæpe dicuntur, ut media salu-  
tis, studiorum, Mittel, sed sine suf-  
fragio Latini populi. Substanti-  
vum enim usu nunquam venit:  
adiectivum per se notum est, cu-  
ius Neutrum Græco more rem  
medium designat, e. g. medio tutis-  
simus ibis, Ouid. a medio ad sum-  
mum Cic. de Vniuersi. In ceteris,  
de medio tollere, in medium proferre,  
subauditur locus.

ME-

MEDIARE Latinis rarum verbum, & si quando utuntur, significat rem medium diuidere vel diuidi. Cælius Apicius lib. IIII cap. VII *coliculos elixatos mediabis.* Palladius IV cap. 2 *Tunio mediante,* id est medio. Excidunt ergo notationes peregrinæ mediante hoc, illo: item *mediate*, pro *interueniente* alio.

MEMORARE, hoc est memoriren, memoriae infigere, inscri- te: at pro narrare commode & eleganter usurpatur. Sallustius Catil. cap. VII *Memorare possem,* quibus in locis maximas hostium copias P. R. parua manu fuderit.

MVNDS sistema vniuersorum notat ab ornatu ita appellatum. Falluntur, qui vbiique vernaculo Welt respondere credunt. Nam nostrum Welt praeter sistema cœli terræque, significat orbem terrarum, & genus huma- num, mortales, impiorum colluum, res

res humanas &c. Iudicio opus est  
in discernendis phrasibus.

NEUTRALIS non quidem  
vox barbaræ est, sed Latina Gram-  
maticorum. Quintilianus lib. i.  
cap. iv *quæ feminina positione ma-*  
*res, aut neutrali feminas significant.*  
Eodem libro, cap. v *nomina neu-*  
*tralia dixit,* Pro iis autem, qui se  
inter belligerantes ita præbent, ut  
neutrius amicitiam offendant,  
apud veteres non reperitur, qui  
hosce medios & neutrius partis di-  
cant, ut est apud Suetonium Cæs.  
cap. lxxv, & oiosos cum Cic. pro  
Marcello cap. vi ac lib. ix epist.  
vi; cum Eutropio lib. iv cap. iii  
*utrisque se aquos præbentes.*

OFFICIVM licet certo mo-  
do ad gerendam rem publ. appli-  
cetur, ut in Eumene Nepotis cap. i,  
tamen id raro sit & caute adhibe-  
tur. Officium enim Latine no-  
rat, quod quisque debet facere,  
*Pflicht und Schuldigkeit, ut offici*  
*mei*

mei est, sacre quod officium est, ad officium redire. Deinde beneficium, ut officia amicis præstare. Vix ergo excusari possunt tirones, cum officium indiscriminatim pro magistratu aut honoribus sumunt, cum non desint, in quibus minus possit offendere, honores petere, ad honores ascendere, rem publ. administrare, gerere & cetera huius generis: etiam magistratum ingredi, das Amt antreten, apud Sallust. Iug. cap. XLIII.

PERSONA est qualitas, qua homo ab homine differt. Latine itaque dicimus: imponere alicui personam, personam induere, deponere, abesse a persona principis, non satis dignum esse persona cuius. Hæc nota sunt, & his similia: rariora quedam, nec vero minus elegantia subiungo: sub persona cuius, item ex persona cuius dicere, Gellii vtrumque lib. x cap. XXII. Et, id Cicero sua ipse persona frequeuitissime practi-

## 190 III. NOTIONES

præcipit, Quintil. x. cap. v, hoc est per se, non ex aliorum sententia. De notione *larua* dictum Poster. Curis. Extra hos aut similes usus peregrinitate damnatur hoc vocabulum. Excipias vero Theologorum usum huius vocabuli, quem grauibus de causis Ecclesia in sūnum suscepit.

POTAKE pro potum præbere. Est enim largiter bibere.

PRAECLISE non est accurate, diserte, puncto temporis obseruato, totidem verbis, ut vulgo capitur; sed non plene, non perfecte. Tullius 11 Nat. Deor. cap. xxix Sed id præcise dicitur: --- plene autem & perfecte sic dici existimato. & viii Att. epist.

IV Nunquam reo cuidam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam præcise negavi, quam hic mihi, hoc est ἀπορόμενος, sineulla exceptione. Gellius 111 cap. xvi obscure atque præcise dictum.

PRAESVMO proprie est ante capio.

capi. Plinius lib. vi epist. x. præsumere officia heredum. Claudianus IV Consul. Honor. 166.

*Præsumtum diadema dedit,*  
hoc est, ante legitimam ætatem gēstare cœptum. Ad animum refert  
Virgilius XI v. 18:

-- animis & spe præsumite bellum.

Vnde præsumtio bona fame Plinio ix epist. 111 est certissima futuræ gloriæ fiducia & quasi anticipatio. Sequioris æui scriptores addiderunt nouum significatum, nempe *audendi*, & quidem in malam partem. Sex. Rufus cap. VII Epирота cum rege Pyrrho etiam ad Italiam transire præsumserant. Sulp. Seuerus i Hist. cap. XLVII de Ozia rege: elatus secundis rebus, illicita præsumens, incensum Deo obtulit. Quod ut imitentur Latinitatis studiosi, nolim equidem suasor esse.

PROLIXVS & PROLIXE  
ad orationem & verba minus scite  
Vul-

vulgo applicant, ut longitudo & copia describatur. Ciceroni enim Prolixus est liberalis & largus. De oratione autem habet multus, longus, copiosus, verbosus. e. c. nolo in hac re multis videri: dialogus longus: epistola pluribus verbis scripta: haec ad te scripsi verbosius. Suetonius Rhet. cap. I. latius & uberior explicare. Postea & Minucius Felix cap. xvii prolixior oratio. Et Symmachus II epist. VIII litterarum prolixitas. & Augustinus epist. V. extr. prolixissima epistola.

PROMOVERE ut hodie, ita iam tum carentis Latinitatis aeuo, simpliciter ad honores applicatum fuit, ut sit honores decernere, ad dignitatem euhore, honoribus angere. Veteres non abhorrebat ab hac notione, elegantius vero, quam recentes, & additis aliis vocabulis, eadem usi sunt. Nam sicut promovere est gradum mouere, seu in alium locum pellere: ita Curtius VI cap. XI pro-

promoueri ab humili ordine ad superiorem gradum; Plinius x epist. 111 in amplissimum ordinem promouere: Sueton. Oth. cap. 1 in ampliorem gradum promovere. Hic enim apponitur dignitatis nomen, ad quam sit promotio, simulque ad propriam significationem respicitur, quod utrumque negligunt recentiores. [Aliquando tamen nomen dignitatis subauditur, ut Plin. Panegyr. cap. xc extr.] Hinc nec PROMOTOR Latinum est, quo vocabulo nostri dignitatis amplificatorem, ut Cicero appellat lib. 11 epist. 1x describunt.

PROPRIVS ad varia peregrina trahitur, v. g. propria manu scriptum: proprio Marte elaboratum. Atque ita Haythonus Passagio Ter. ræ S. cap. x non credidisse, nisi propriis oculis perspexisse. Nec elegansius Sulp. Seuerus Dialog. II cap. IV defuncti corpus propriis manibus accepit. Latine Proprius est eigenthümlich, einem allein gehörig, v. g. nihil

I

est

*est proprium cuiusquam: libertas est propria populo R. Germanismi autem, quos supra notauimus ita corrigendi sunt, mea manu II Att. epist. xxiiii, & v epist. xiii; suo Marte Philipp. II cap. xxxvii; meis oculis, nisi potius oculis simpliciter, aut hisce oculis cum Terentio dicendum est Adelph. act. III sc. II.*

PRO TEMPOR<sup>E</sup> vulgo nostro est iam, hoc tempore, sed male: antiquis Latinis, pro conditione temporis, prout tempus fert. Liuius XXX cap. x His raptim pro tempore instruetis. Virg. Eclog. VII

*Nunc te marmoreum pro tempore fecimus.*

Iustinus XI cap. I consolatus hortatusque pro tempore est. Idem censeas de cognata formula CVM TEMPORE, quam si accipis pro procedente tempore, progressu temporis, Germanismum olet: verum ut comitatum significat, sana est & probata. Seneca enim epist. LVII quidquid,

IR-

*inquit, vides, currit cum tempore, id  
est tempus currit, & res visa currit.  
IN TEMPORE autem, zu rechter Zeit.  
Liuius xxxiii cap. v ni equites pedi-  
tesque in tempore subuenissent.*

PROXIMVS substantiue Græ-  
cismum Latinis intolerabilem af-  
fert. Dum enim ὁ πλησίον in Sa-  
cris vulgo proximus transfertur, id  
in ipsam porro irrepsit Latinita-  
tem. Proximus vero est tantum-  
modo adiectiuum, v. g. proxima  
nocte, Catil. i cap. i proximo sèculo,  
de Cl. Orat. cap. x.

QVANDOQUE vulgo usurpa-  
tur pro raro interdum, atque ita ex-  
plicant Horatii versum de Arte 359  
*quandoque bonus dormitat Ho-*  
*merus,*

Sed male hoc fieri, Buchnerus sup-  
plementis Fabri diligentissime  
probauit. Tenuit me suspensum  
locus Plinii, quem Buchnerus non  
attigit, lib. i epist. x nam id ipsum  
quandoque contingit, vbi Catanæus

## 196 III. NOTIONES

exponit raro. Verum editio Aldi  
1508 habet quando, non quandoque,  
ut etiam de lectione dubitare pos-  
sis. Verus autem sensus huius vo-  
culae est *Quando*, *Quandounque*, Li-  
vius lib. I cap. xxx *mansit solenne*,  
ut quandoque idem prodigium nun-  
ciaretur, feriae per nouem dies age-  
rentur. Ad quem locum Grono-  
vium consulas, vti etiam ad cap.  
xxiv eiusdem libri. Est, vbi *ali-*  
*quando* interpretamur. Cicero  
lib. vi epist. xix extrema: *Ego me*  
*Asturæ diutius arbitror commoratu-*  
*rum, quoad ille quandoque veniat.*

**QVOAD** pro secundum barba-  
rum est: v. g. *quoad corpus*, *quoad*  
*animam*. Non enim Nominibus,  
sed Verbis iungi postulat, & valet  
*quamdiu, quousque*. Nepos Pelop.  
cap. IIII Epaminondas, *quoad cum*  
*ciuibus dimicatum est, domi quietus*  
*fuit*: & nota formula, *quoad pot-*  
*est, quoad eius fieri potest, & Cic. II*  
*epist. 11 quoad eius facere poteritis.*

Pro

Pro barbara notione adhibeas vel secundum, vel quod attinet ad, unde etiam contractum esse videtur.

SALTEM male vulgus usurpat pro solum, Est enim genuina eius significatio minimum, dum we nigsten, Terent. Eunuch. a&t. IV scen. 11. *Si illud non licebit, saltem hoc licebit.* Quæ in contrarium obiliuntur, ventilauimis Secundis Curis,

SCHOLARIS, pro *Scholasticus*, sero dici coepit. Media ætas Palatinos milites *scholares* nuncupauit, sicut diuersæ erant in Palatio militum scholæ. Vid. Cur. Poster. *Scholasticus* autem est antiquæ & probæ notæ. Plin. 11 epist. vlt. *scholastica lege*. & substantiue idem lib. 1 epist. vlt. & Petronius supra in *Extemporaneus*. Denique Fulgentius *scholaris* ad rem litterariam deduxit lib. I Mythol. p. 14 ed. Munk. *scholaribus rudimentis tumidas ferulis palmas commemorans.*

SECVLARIS (vel SAECVLA-  
RIS) ecclesiasticis idem est quod  
*profanus*. Hieronymi epist. XXII  
act. 13 codices *seculares* sunt libri  
profani, Ciceronis, Plauti, & alio-  
rum. Iisdem quoque SAECVLVM  
crebro mundum & res mundanas  
significat. Prudent. in Laurentio  
extr. *rincula saceruli*, impedimenta  
pietatis. Sedulius, Beatus auct*or*  
*saceruli*. Quid Romanis priscis fuerit  
*seculum*, & Iudi *seculares*, abunde  
notum est.

SEDVCERE pro corrumpere  
mores, versu*führen*, antique Lat-  
inum non est. Veteri enim in La-  
tio hoc verbum notabat seorsum  
ducere, & a setu remouere. Plautus  
Asin. act. II sc. II v. 95 me hodie se-  
nex seducit solum, seorsum ab ædibus,  
& Aulular. act. I sc. III secreto te huic  
foras seduxi. Petronius Satyr. sedu-  
xit me paullulum a turba. Adde Cur.  
Postr. Interim vulgarem notio-  
nem ita cum Cicerone vertimus:  
ad-

adolescentulos corruptelarum illecebri  
bris irretire Catil. i cap. vi, item ne  
te aliorum consilia auferant, lib. ii  
epist. vii.

SERVIRE alicui, INSERVIRE  
alicui pro salute cuius consulere, officia  
deferre, ex Germanismo aut  
nata, aut concumulata sunt. Ser-  
uire vero commodis alicuius dixit  
Terentius Hecyr. prolog.

SPECTARE pro pertinere, ut  
in formula: *Belgium spectat ad Hispanos*, displicet Latine doctis.  
Goclenius quidem Observ. L. L.  
elegantiss annumerat, *spectare* pro  
pertinere, sed exempla affert, quæ  
neque Vorstio, neque Scioppio  
(hi enim notauerant) aduersari  
possunt, nempe *Hoc eo spectat: be-  
neficia quæ ad singulos spectant: consilia  
ad concordiam spectant &c.* Quod  
si autem possessionem & dominium  
vis significari, abstinendum est ver-  
bo *spectandi*.

STIPENDIARIUS non est, qui

accipit stipendium, sed qui soluit tributum, seu tributarius. Sic Cæsar lib. I Gall. cap. xxx reliquas ciuitates stipendiarias habere, id est ditioni subditas, Metaphrastes ὑποτολη̄ ἔχει. Velleius Pat. II c. xxxviii Hispania ductu Augusti facta stipendiaria est.

STUDIVM, In hac voce duo admittunt partim tirones, partim vulgus nostrum, quæ non satis Latina sunt. Nam Studium absolute ponunt pro studiis literarum, das Studiren, quod malunt Latini pluraliter proferre. v. g. vacare studiis Sueton. Aug. VIII in studia mittere Vell. Pat. II cap. LI, studiis se afferere Plin. I epist. III Lubentius vero & elegantius huic verbo Genitium adiiciunt, ut studia litterarum, optimarum artium, & quæ huius generis plura sunt. At singulariter studium plerumque vel industria, vel favor est, Deinde auferendi Casu STUDIO

DIO abutuntur multi pro *de industria*, *consulto*, mit flesß, cuius exemplum in omni antiquitate nullum inuenio. Rem autem ita significant veteres: *de industria* Livius I cap. XLV: *ex industria* idem lib. XXVI extremo: *consulto* Valer. Max. IIII cap. IIII n. I extern. *ex professo* idem IV cap. I; *dedita opera* Cic. Rosc. Am. cap. XXXVI extr. & *consilio*, vt pro Ligar. cap. XII si *consilio id fecisset*. At vero *studio* notat mit Lust, Begierig, Pro Rosc. Am. cap. XXXII extr. vt omnes intelligent, me non *studio accusare*, sed *officio offendere*.

S V B D I T V S vulgo Substantive intelligitur is, qui domino vel principi subiectus est, ein Unterthan. Sed Latinis haec notio ignota, & *subditus* semper adiectiuum vel participium est nec cum dignendi casu, sed dandi, construitur, *subditus alicui*, non *subditus principis*. Et quod summus vir

H. Grotius de Iure P. & B. lib. II  
 xxvi ex Tacito [6, 8, 5] exemplum profert, falsum est, & optimi libri *nobis* habent, non *subditis*. Nec si antiquos consulas, frequens est in hoc verbo *parendi* significatus, sed vel *suppositus* notat, ut Virg. III Georg. 271 *subdita flamma medullis*: vel *subornatus*, Tac. IV annal. cap. LIX *subditis qui accusatorum nomina sustinerent*. Latine autem quem barbare *Subditum* vocant dicitur *civis imperii*, *regni*, *subiectus* *alicui*, *stipendiarius*, *cliens*, *parens*, &c. v. g. Plin. Paneg. cap. LXXXV Neque ut alia *subiectis*, ita *amor imperatur*: & Sallust. Iug. cap. CII *parens abunde habemus*, wir haben Unterthanen genug.

TENEOR, id est oportet me, puræ Latinitatis non est. Habent quidem Iurisconsulti *iure teneri*, *lege teneri*, verum *teneor facere* & *similia*, *impuriora* sunt. Cum Cicerone dices oportet, munus est cuius,

cuius, mee partes sunt, non alienum  
est a persona cuius &c.

TORTVRA pro tormentis &  
questione nullius est auctoritatis.  
Propria notio habetur in Palladii  
lib. IIII cap. IX *caput sarmenti tor-  
quendum non est--quoniam ipsa tor-  
tura vexatio est.*

TRIBVLARE est frumenta  
excutere, aut aliud quiduis tri-  
bulo comminuere. Cato R. R.  
cap. XXIII *indideris defrutum, aut  
marmor, aut resinam, dies viginti  
permiseto crebro, tribulato quotidie.*  
Est enim a tribulo, quod ploster-  
illum fuit, quo grana excutieban-  
tur. Vid. Varro R. R. lib. I cap. III.  
Ecclesiastici verbo *tribulandi* no-  
vam metaphoram addiderunt,  
nempe pro *affigere, vexare.* Hiero-  
nym. in Psal. CXX *Nemo tribula-  
tur, nisi qui viuere in Christo pie des-  
iderat.* Idem de nomine *tribulatio-*  
*fentiendum, quo Vulgatus non se-  
mel usus est.*

TRIVIALIS quod in triuio & vulgare est, & ob id contemptum atque vile. Sueton. Aug. LXXII triviales ludios, [Casaub. *vilissimos homines*] idem Gram. cap. vi *verbatriivialia*. Iuuenal. Sat. vii v. 55. carmen triuale, hoc est rude & plebeium. Iniuria igitur & immetato suo vocari *triviales scholæ* videntur, quæ titulo illustrium Gymnasiorum ornatæ non sunt, vt vt artes & disciplinas minime triuales producant: Vid. Voss.

VALERE promiscue præ posse dici non debet, nisi ad valorem verbi, qui vires & Potentiam significat, simul respiciatur; vt *valere ad consolandum* Cic. lib. v ep. xiiii; *valere dicendo* Nepos Alcib. cap. i Iterum Cicero Senect. cap. x *Nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus*, id est, quamuis summo studio quæsuerit tempus, quo vacuus essem.

VNIO gemma est Latine, &  
vi-

virilis generis: pro fædere & concordia, (vbi etiam sexus mutatur) *þæglæfis*. Neque Latinus es, si confocietatem, agglutinationem, ut vulgo fit, *vniōnēm* dixeris, quam rectius nominasses *vni-tatem*.

V N I T A S non esse numerum, quem *vnum* dicimus, Pareus Lex. Crit. tradit. sed continuationem, coniunctionem. Seneca Quæst. Nat. i cap. 11 Si quando dixero *vnum*, memineris me non ad numerum referre, sed ad naturam corporis, nulla ope externa, sed unitate sua coherentis. Cassius Dig. lege 23 § 5 de rei vindic. si statua sua ferruminationi iunctum brachium sit unitate maioris partis consumi. Palladius Martio cap. x, secl. extrema de ficu: germen adunatum parturiet duos colores, quos unitate diuidat, diuisione couiungat.

VOCATIO pro officio diui-  
nitus  
I 7

206 IV. PHRASES ET FORMULAE  
nitus delegato, Veruss. Catullo va-  
let *in uitatio* Epigr. XLVIII.

VOTVM pro suffragio proba-  
tum non est. Id enim Latini *suffra-  
gia*, *sententias* vocant. Sallustius  
Cat. cap. LII *Cato rogatus senten-  
tiam*. Nepos Epam. VIII *suffra-  
gium ferre*. Brutus Ciceroni xi  
epist. iv adiuuare aliquem *sen-  
tentia sua*.

#### CAP VT IV.

#### De Phrasibus & Formulis minus Latinis.

**A**D DIEM III. KAL. aut si-  
mili modo, reiicit Gifanius  
Observ. L. L. p. 20 & ex veteribus  
substituit *Ante diem*, *Ante Kal.* quod  
quia saepe notis A.D. signatum est,  
putat describentes in AD, ut multis  
ad hoc locis legitur, deprauasse.  
Hoc certum est *ante*, *in ante*,  
*ex ante* elegantissime in his for-  
mulis

mulis adhiberi. Cic. Catil. cap. III  
Dixi ego idem in senatu, cedem te  
optimatum contulisse in ante diem  
V. Kal. Nouembris. Liuius XL  
cap. XVI Comitiæ quæ in ante diem  
XI Non. Sextiles edictæ erant. Idem  
XLV cap. II extr. Supplicatio indi-  
cta est ex ante diem quintum idus Otto-  
bres cum eo die in quinque dies.

AMITTERE PROELIVM  
pro vinci, acie vinci, prælio fundi,  
inferiorem discedere, inepte tirones  
dicunt, quamvis ex exercitum amitt-  
tere probum sit auctore Iustino  
XXXVII cap. IX n. 2. Faceré au-  
tem prælium bonum est auctore  
Nepote in principio Chabriæ; &  
Liuio lib. XXXV cap. I.

Non ABSRE trita formula,  
non autem Latina, siquidem AB  
RE dicendum erat. Veteres  
enim Abs non utebantur nisi se-  
quente C. Q. aut T, obseruante  
Valla Eleg. II cap. XXIX. Omnes  
omnium temporum auctores AB

rc

203. IV. PHRASES ET FORMYLAE.  
re dixerunt; nec Gellii illud Noct.  
Att. xvii cap. xiv nobis aduer-  
satur, quia manifesto deprauatum  
est in libris nostri faculi. Supe-  
riore ita excusum fuit Venetiis  
1489, Lugduni 1565, & Coloniæ  
1533 editore P. Mosellano: *Hec*  
*notare meminisseque non A B re visum*  
*est.* Non possum etiam hoc loco non  
notare, a multis hanc formulam  
*ab re intempestiue adhiberi.* Ver-  
teres *alienum* subaudierunt, quod  
quia non attendunt recentes, fit,  
ut in ipsis saepe castigent Critici,  
quod Scioppius in Famiano, qui  
*non ab re veritus* dixerat, ubi *alie-*  
*num* locum non habet.

B R A C H I V M S A E C V L A-  
R E, Magistratus, & quæ alia po-  
testatem summam significant, aut  
summæ administram.

C O M P A R A T V M E S T  
C V M H O C , I L L O . Repte  
& ordine fecit Io. Vorstius, qui  
hanc formulam reprobauit. Nam  
La-

Latini: *Ita ratio comparata est vita naturaeque nostra* Cic. Læl. cap. xxvii.  
*Ita comparata natura omnium hominum* Terent. Heaut. act. III sc. I  
*Loci ea conditio est* Iustin. xli cap. v  
*Ita comparatum est*, simpliciter, Plin. III epist. IV, & Paneg. cap. XLVI.  
Ergo solum additamentum *CVM aliquo phrasin per se bonam dehonestat.*

**DE DIE IN DIEM** ex Ebraismo ad nostrates permanauit.  
Cicero i Philipp. cap. ii *Cum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius.* & lib. vi epist. IV in dies singulos magis magisque opinio hominum confirmatur. & epist. VI quotidie magis. Liuius lib. xxv cap. xxv *Cum is diem de die differret.*

\* *In diem est praesenti die, non ultra hunc diem.* Ouid. II Metamorph. 47.

---- *curris petit ille paternos,*  
*Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.*

**DE**

210 IV PHRASES ET FORMULAE

DE VERBO AD VERBUM

Germanismus est. Latini aliter. Terentius Prolog. Adelph. Verbum de verbo expressum. Cic. I Orat. cap. xxxiv Exercenda est memoria ediscendis ad verbum quam plurimis & nostris scriptis & alienis. Sueton. Iul. cap. xxx hæc ad verbum dixisse refert, & cap. LV ad verbum non-nulla transluit.

EX FRATRE vel SORORE NEPOS frequens hodie pro fratribus filius, sorore genitus. Nec equidem negarem, sic Hieronymi æuo in usum receptam fuisse, vti ex illo & Orosio exempla attuli in Secundis Curis. Verum antiquis hoc insolens est, qui malunt fratribus filius, Nepos Ages. cap. I; sororis filius, Cic. III Off. cap. XVII; Ennii sorore genitus Plin. XXXV cap. V sororis filiam Hannibalis, Livius lib. XXIX cap. XXIX extr.

FIDEM ADHIBERE pro habere fidem alicui; Glauben geben,  
vide-

videtur dici cœptum postrema Latinitate. Sulp. Seuerus vita Mart. cap. i, xi, & xxiiii id suum fecit. Latinissimus quisque mauult fidem habere cui. Ita Cicero Att. viii epist. iii considerandum est, quanta ei fides sit habenda. & Curtius iv cap. vi Aristander, cui maxima fides habetur. Habet quidem Plautus Rud. aet. iv sc. ii extr. fidem adhibere, sed alio sensu, nempe pro fide vti, sine dolo agere.

\* Fidem facere alicui est probare persuadere. Corn. Nep. Ages. vii, 3. *Hic vix fides facta est,* id est persuasum. Curtius iv cap. ix *Alexandro vix fecerunt fidem.*

IMPLICARE CONTRADICTIONEM philosophicum potius est, quam Latinum, pro quo Ciceroniani dicunt repugnat, hec inter se repugnant. Sic & contradictoria vocat Tullius ii Philipp. cap. viii non coherentia: Apuleius Apo-

212 IV. PHRASES ET FORMULAE

Apolog. [p. 289. Elmenh.] inter se repugnantia. Ipsam contradictionem Cicero c. l. rerum repugnantiam, quamuis vox contradictionis non improbanda est, utpote Quintiliani lib. IIII cap. VIII.

IN GENERE, generaliter, in uniuersum: IN SPECIE, speciatim, singulariter, aut similiter,

IN HÆC ERUPTIT VERBA, Titœnes Latinæ linguae, cum verba auctoris allegant, neglecto elegantissimo Ciceronis IN QVIT, hac fere formula connectunt. Habeat quidem non ab similia Lampridius & Symmachus, ut Curis Sec. dixi; etiam Minucius Felix cap. XVI n. 6 Cœlcius sic erupit: & ipse Cicero Phil. x cap. IX erumpat aliquando vera & me digna vox: verum in his impetum notat atque lentii impatientiam, sicut Solinus cap. VII de Crœsi filio: erupit in vocem. Quod si est sine huiusmodi nisu & conatu illicita hæc

hæc phrasis est, saltem inelegans.

ITA SE RES HABET  
CVM HOC. Barbaram for-  
mulam reddit solum additamen-  
tum *cum hoc*, quo demto, nihil  
impuritatis subest. Liuius enim  
lib. XL cap. XI *Ita se res habet, peri-*  
*culum vite propellere a me potes.* &  
Terentius Eunuch. act. IV sc. VI  
30 *Scintu, ut tibi res se habeat?*

MISERIARVM VALLIS  
non inexplicabilis metaphora est,  
at veteribus inusitata. Rem cum  
Val. Maximo II cap. x potes ap-  
pellare miseriarum profundum.

MVTVO DARE, SVMÉ-  
RE Scioppio barbara: Borrichio  
dubia sunt. Quamdiu ergo exem-  
pla classicorum desiderabuntur,  
dicemus cum Cicerone *mutuum*  
*dare, mutuum sumere.* XI Att. ep. III  
*cui magnam dedimus pecuniam mu-*  
*tuam.* Leg. Agr. II cap. XXX ciui-  
tatibus mutuum frumentum dedit. In  
Verr. de Præt. Vrb. cap. x pecunias  
sum-

214 IV. PHRASES ET FORMULAE  
sumissæ mutuas. Plinius quidem lib.  
IX cap. LV sex millia numero mura-  
narum mutu appendit. Nam permu-  
tare pretio noluit, aliae merce. Ve-  
rum incerta hæc lectio est; & in  
margine editionis Belgicæ cum  
Var. Not. exstat mutua. quod Varro  
R. R. lib. IIII cap. xvii, quem Plinius  
secutus est, confirmat.

BONA OPERA, id est sanctæ,  
præclaræ actiones, pietatis studium; &  
BONA OPERA FACERE pro virtutum  
officiis fungi, virtutum officia præstare,  
virtutibus elucere, Theologica poti-  
us, quam Latina sunt.

POENITENTIAM AGE-  
RE non contra ius Latinum est,  
etiamsi absolute ponatur. Val.  
Maximus IIII cap. iv de Tarqui-  
nio Prisco: virtutibus efficit, ne hæc  
ciuitas pœnitentiam ageret, quod re-  
gem a finitimis potius mutuata esset,  
quam de suis legisset. Frequentius  
tamen genitium rei, cui pœ-  
niteat, adiiciunt. Idem Valerius

VII

VII cap. i i extrem. neglecti salubris  
consilii pœnitentiam egit. Curtius  
VIII cap. vi 23 pœnitentiam eius  
[facinoris] agaret. Dialog. de Orat.  
cap. xv neque sermonis mei pœnitentia-  
tiam ago. Plin. vii epist. x agatque  
pœnitentiam pœnitentiæ suæ. Sed  
hæc omnia de notione illa, quam  
noſtri vocant reueni. Ecclesiastici  
addunt nouam, resipiscere, ad fru-  
gem redire, vitiæ virtutibus emendare,  
Buſſe thū, quod a priscorum ser-  
mone alienum eſt.

POSITO, QVOD &c. POSITO  
ITA ESSE si Latina sunt, tamen  
elegantioris notæ non sunt, Gelli-  
us quidem i i cap. viii posito con-  
ceſſo que : & Firmicus Relig. prof.  
p. 6 pone, hanc veram esse rationem :  
at veteres ſcīte & apposite, Cic. ii  
Phil. cap. xxiv ſed fac, te dediffe  
mihi, quod non ademisti. Et lib. ix  
epift. xvi n. 12 fac eſſe omnia Curti-  
us iv cap. x ſinge, iuſtum intuliffe te  
bellum. Idem ix cap. ii Sed omnia  
iſta vera eſſe ſingamus. PRAE-

216. IV. PHRASES ET FORMULAE

PRAECONCEPTA OPL-

NIO. Concipere opinionem Latinum est. Columella ix cap. xiv *vetus agricolis concepta opinio*: at *praeconceptio* quo auctore dicatur, non liquet. Mallem itaque cum Fahio ii cap. xvii *presumta opinio*: aut cum Tacito ii An. cap. lxxiiii. *presumta suspicio*.

PRO ET CONTRA sordes sunt Latinitatis, quæ iubet dicere in utramque partem. Cicero xi epist. xxix in utramque partem in mentem multa veniebant. Cæsar i Ciuit. cap. lxxxvi paucis cum esset in utramque partem verbis disputatum.

QVIDQVID SIT, formula ad alienum sensum detorta, quoties pro vulgari es sen dem wie ihm wolle, adhibetur. Liuius quidem lib. i cap. lix ubi ante vire primores ciuitatis vident, quidquid sit, haud temere effe rentur. Verum non illa culpata, sed alia sententia subest, ita sermone

mone patrio reddenda, es mög-  
ke sehn was es wolte, quæ sanc  
multum differt ab altera Germä-  
nismum redolente, quam latine  
sic effert Cicero pro Lig. cap. vii  
extr. Sed quoquo modo se illud habet:  
& lib. xiiii epist. xxxviii Quoquo  
modo autem se res habet. Liuius  
xxxvii cap. lii Vt cunque tamen  
res se habet. Frequens etiam initio  
sententiarum est. Quidquid est,  
Quidquid id est, sed paullulum alio  
sensu, quem refert qualecunque id  
est. Ouid. i Pont. vi v. 25

*Quidquid id est, ut non facinus, sic  
culpa vocandum.*

Nam etiam in hoc sensu Coniun-  
ctiuus, nisi loci habitudo aut du-  
bitandi ratio postulet, (vt in Li-  
viano, quod attulimus) suspectus  
merito est, nec dicendum initio  
sententiæ *Quidquid sit, Qualecun-  
que sit, sed Quidquid est, Quale-  
cunque est.*

K.

RE.

218 IV. PHRASES ET FORMULAE  
REBUS SIC STANTIBVS;  
pro ita se habentibus, non est anti-  
quæ Latinitatis.

REMITTERE PECCATA  
ad stilum ecclesiæ pertinet. Latini  
ignoscere, veniam dare, gratiam  
delicti facere condonare. Liuius  
lib. IIII cap. LVI Omnia, quæ impie  
nefarieque es ausus, gratiam facio,  
Vatinius quidem Ciceroni lib. V  
epist. X dicit animaduersionem &  
supplicium remittere, & Plinius IX  
epist. XI II pœnam remittere, & Li-  
uius XXXIV cap. XXXII absolute, re-  
mittimus hoc tibi; verum peccata  
remittere extra ecclesiam nusquam  
inuenio.

SALVVS CONDVCTVS  
barbaro sæculo introducta formula.  
Sallustius eleganter Iug. XXXII  
eumque, interposita fide publica, Ro-  
mam duceret. Idem Catil. cap.  
XLVIII si fides publica data esset.  
Epitome Liuiana LXIV Iugurtha  
fide publica euocatus Romanum venit.

SINE

SINE OMNI dubio, SINE  
OMNI necessitate, ABSQVE  
OMNI dubitatione &c, non restat  
dicuntur. Comici quidem habent  
interdum *sine omni*; at Cicero &  
æquales semper *sine ullo* dolore,  
*sine ullo* sensu, *sineulla* dubitatio-  
ne, *sine ullo* detrimento, *sine ullo*  
morbo, *sine ullo* recto. Vide Vorst.  
cap. ix Suspect. Latin.

### SALVA CONSCIENTIA.

Non damno formulam, qua Sym-  
machus est usus lib. IIII epist.  
xxxvi, neque nego ita veteres  
aliquando vocabulum *conscientia*  
usurpare, ut hodie solet, v. g. *ba-*  
*na conscientia, mala conscientia;* ni-  
hilominus elegantius pro *salua*  
*conscientia* cum Cicerone dici pot-  
est Rosc. Am. cap. I *salua officio*  
*quid facere posse, & cap. xxxiv quod*  
*salua fide possim: pro bona malaue*  
*conscientia cum eodem conscientia*  
*factorum, recti, bene actæ vitæ, sce-*  
*leris &c. Formam contra conscienc-*

K 2

tiam

220 IV PHRASES ET FORMVLAE  
tiam esse scite Ser. Sulpicius Ciceroni ix epist. xii describit religione impediri.

SVVS & cetera Possessua Pronomina Latinis nonnunquam ingrate redundant, ut tollere oculos suos, extendit manus vestras, inducere animum suum, & quæ huius generis sunt. Elegantissimus quisque tollit Pronomen, præferunt ex phraſi inducere animum vel in animum. Pro Rosc. Am. cap. xix parens potuifset animum inducere, ut naturam ipsam vinceret. In Catil. i cap. ix si ire in exilium animum induxeris. Plinius ix epist. xiiii non sustinui inducere in animum. Nec moramur Comicos, qui metri cauſa interdum faciunt, quod Ciceroni, Cæſari, Liuio religioni fuifſet. In paucis liberum est Pronomen, ut obire diem suum Sulpicius Ciceroni iv ep. XII, obire diem Sueton. Vesp. I.

SANGVINEM EFFVN-DERE

DERE pro occidere est Ebraismus.  
Latini frēquēns est *sanguinem*  
*fundere vel fundi*, sed idem tum  
notat quod pro *patria mori*, aut  
magnam stragem vel cladē fieri.  
Curtius in cap. xi de prōelio: *tunc*  
vero multum sanguinis fusum est, &  
iv cap. iv de excidio Tyriorum:  
*quantum sanguinis fusum sit, vel ex*  
*hoc existimari potest &c.* etiam viii  
cap. viii pro imperio vestro *sanguine*  
*fundant, quasi pro patria.* Et  
x cap. v non de regno, sed de rege *san-*  
*guinem esse fundendum.*

SOSPENSUS AB OFFICIO  
minus commode, neque pure.  
Vossio emendante dicendum se-  
natū abstinere iussus: magistratu  
summotus ad annum: ad tempus ab-  
stinere iussus ecclesiastico munere.  
Verus autem usus verbi suspensus  
est huiusmodi: *aulæ suspensa Horat.* ii Satyr. viii v. 54; *suspensis*  
*rebus, id est, incertis,* Liv. vi  
cap. xv: *suspenso animo & sollicito* ii

K 3

Attic.

222 IV. PHRASES ET FORMVLAE  
Attic. epist. xviii; in suspenso relin-  
quere Plinius x epist. xl.

TALITER QUALITER. Dic,  
vt cunque fieri potuit: aut cum Co-  
lumella xi cap. iii qualiter cunque.

VERGIT IN HONOREM,  
in Ehren gereichen, Latinum non  
est. *Vergo* enim loco & tempori  
describendo adhibetur, ut *vergente*  
*die* Sueton. Oth. vii, *in noctem ver-*  
*gente die* Senec. Thyest. v. 797, *ver-*  
*git nox ad lucem* Curt. iv cap. vii,  
*qua regio vergit in septentrionem*  
Idem vi cap. iv; *qua insula ad Ma-*  
*cedoniam vergunt* Liuius xxiii cap.  
xxxiiii extr. *ni Brutus auxilium ad*  
*Italiam vergere, quam ad Asiam,*  
*maluissimus Cicer, xi Phil. cap. xi.*  
Peregrinum autem verbi huius  
usum de honoribus, ita cum anti-  
quis supplemus: Cic. Catil. iii  
extr. *mibi valeat ad gloriam, & xiiii*  
*epist. lxxiiii mibi ita persuadeo*  
*eam rem laudi tibi potius, quam vi-*  
*tuperationi fore.* Plinius lib. x  
epist.

epist. LXVI ad honorem suum pertinentes. Tacitus xiiii cap. xxxii  
Idque illi imperitante Claudio impune, mox ad gloriam vertit.

VICE ALIA, HAC VICE,  
TRIBVS VICIBVS &c. non  
satis probata sunt. Palladius qui-  
dem lib. i R. R. cap. xxviii de pa-  
vonibus: *tribus vicibus per annum*  
*fætus edunt*: & Horatius *plus vice*  
*simplici lib. iv Od. xiv*; at reli-  
qui omnes sunt posterioris Latini-  
tatis, quotquot his formulis vñsi  
sunt.

\* Quæris, an vice versa bonum  
sit? Non repugno, quod video  
passim usurpari post Antonino-  
rum tempora ab iis, quos nomi-  
natim Curæ nostræ Secundæ lau-  
dant. Addo Vlpianum Dig. de  
Verb. signif. lege i § 3 Et versa vice  
si interrogatus sub conditione, respon-  
derit pure, dicendum erit, eum non  
obligari. Antiquioribus autem id  
insolitum est.

K4

VT

VT ET, wie auch, quod tritum hodie, an se etiam antiquitate tueatur, perquam nobis incertum est. Habet quidem Cic. II de Orat. cap. XLII pr. & Corn. Nep. Milt. cap. V n. 3 ut &; verum alio sensu, daß bendes, daß so wohl, aut simili modo. Lampridius tamen Alexandro cap. IV ueste (ut & pingitur) alba uestis est, nec aurata: & cap. XII extremo: in milites grauissime animaduertit, ut & ipsum locis suis declarabimus. Malim vero cum antiquioribus loqui.

## CAPUT V.

## De Syntaxi suspecta.

A & AB Præpositiones, cum passiuis verbis construi solitæ, si actuum patiens est eiusdem præpositionis, cum passiuo sine obscuritate & inepti sensus periculo non construuntur. e. c.

libe-

TV

liberare, redimere aliquem ad hoste  
quia dicimus, sit, ut non congru-  
enter horum passioꝝ formꝝ adii-  
cias ablatiuum Efficientis cum  
p̄xpositiōne, hoc modo; a Christo  
redemti sumus, quia propter ambi-  
guitatem alienum sensum gignis,  
nos a Christo abductos, e potesta-  
te ipsius ereptos esse, quod abomi-  
namur. Ciceronis est 11 Off. c. xvi  
qui captos a pr̄donibus redimunt,  
vbi incertum, vnde pendeat abla-  
tinus, a verbo, an a participio? sed  
a verbo potest, quia 111 ad He-  
renn. c. 11 idem casus cum verbo  
construitur ita: Si deliberet senatus,  
captiuos ab hostibꝫ redimat, an non?  
Caute itaque huiusmodi verbis in  
passiuo vtendum est.

A CONSIGLIIS ALICVI  
esse, in elegantiis Latinitatis ha-  
betur hodie, licet apud neminem  
classicorum inueniatur a consiliis  
esse, s̄p̄e vero a pedibus, ab epistolis,  
a studiis, reliqua. Sed damus ana-

logiam iustum esse, & sicut officia  
mutantur, ita substitui alia nomi-  
na posse, etiam debere: de casu  
vero potissimum dubitatur, vtrum  
melius sit, a consiliis alicui, an ali-  
cuius esse. Posterius malunt in-  
scriptiones veteres, quæ in his for-  
mulis addunt *Augsti, Claudi,* non  
*Augusto, Claudio* seruus vel libertus  
*a studiis, ab epistolis, a supellefite,* ce-  
tera. Nihilominus apud Vopi-  
scum in omnibus libris scriptum  
inuenio: qui Diocletiano ab episto-  
lis fuit, vt persuaderi possim, po-  
steriorem ætatem etiam aliquid in  
casu immutasse. Hoc autem affir-  
mo, & elegantem & antiquam esse  
Genetiui constructionem, quam  
subinde etiam recentes imitati  
sunt, v. g. *Taciti Opera per Curtium*  
*Pichenam, sereniss. Magni Ducis*  
*Etruriaæ a secretis.* Et P. Manutius  
dedicatione partis i Operum **Ci-**  
**ceronis philosophicorum: ad Hur-**  
**tadum de Mendoza, Caroli Cesaris a**

con-

confilio, Inscriptiones quas laudavimus vide in Buchneri de Ratione commutandi, & Vorstii cap. xxvi. Ceterum exempla antiquitatis hæc sunt. Cic. viii Att. ep. v *Pollicem seruum a pedibus meum (almeis) Romam nisi, Suet. Cœf. LXXI V Philomelum a manu seruum.* In Claud. cap. xxviii super hos (suspectus) *Polybium a studiis, qui sape inter duos coess. ambulabat.* Sed ante omnes *Narcissum ab epistolis, & Pallantem a rationibus.* Curtius iii cap. v cum etiam a latere ipsius pecunia sollicitaret hostis. Lamprid. in Alexand. cap. xxxi *scriptioni & lectio- ni epistolarum semper dedit operam,* ita ut ab epistolis, & libellis, & a memoria semper adficerent.

A Präpositio etiam cum aliis particulis seu aduerbiis postrema Latini sermonis ætate constructa fuit, ut a modo, a nunc, ab iniicem, quæ apud Hieronymum & æqua- les sape occurrant. Quibus affinia

K 6 sunt

Sunt ex nunc Ammiani xxi cap. xvii  
de intus Cassiodori 11 epist. xxxix  
& alia plura, quæ videntur quidem  
vetera æmulari, abhinc dehinc, de-  
inde, derepente, inibi insuper, &c.,  
sed auctoritate antiqua destitun-  
tur.

AN, AN indubitativa senten-  
tia repetitum aurea ætas Latinis-  
tatis vix agnouit, argentea saepè.  
Plin. vi epist. xvi in commune con-  
sultant, an intra teeta subsistant, an  
in aperto vagentur. Iuuenalis Satyr.  
VII vers. 162

----- deliberat, an petat ur-  
bem

A Cannis: an post nimbos & ful-  
mina cautus

Circumagat madidas a tempestate  
cohortes.

Elegantior tamen est Ciceronis  
& huīus æqualium consuetudo,  
qui in priore commate Vtrum vel  
Ne encliticum; in posteriore de-  
mōm An ponunt, quos, vt solet,  
etiam

etiam Curtius plerumque imita-  
tur, e. c. lib. IIII cap. IV *Alexandro*,  
virum perseveraret, an abiret, satis  
incerto. & lib. IV cap. XV incertum,  
suone consilio, an regis imperio. Quod  
si quæstionis sunt tria membra, in  
posterioribus *An* repetendum est.  
Cic. Rosc. Am. cap. XL I *Quæro abs*  
*te iine*, qui postulabant, indigni erant,  
*qui impetrarent*: *an iste non commo-*  
*rebat*, pro quo postulabant: *an res*  
*ipsa tibi iniqua videbatur?* Si mem-  
bra quatuor aut quinque sunt,  
omnia post primum habent *An*.  
Statius exemplum dat lib. V *Silv.*  
II V. 133.

ATTINET cum simplici accu-  
satio tritissimum: non autem fa-  
tis latinum. Cicero enim & pu-  
riores omnes dicunt: *Quod atti-*  
*net ad me, ad te, ad illum*: nunquam  
præpositionem negligunt. Falso  
Valerius Max. [ I cap. I m. 14.]  
aduocatur, quod Io. Vorstius te-  
status est, in Brandenburg. MSS.

K 7 repe-

reperitur quæ *AD custodiam religio-*  
*nis attinet*, non sicut vulgatum a  
 multis fuit, quæ *custodiam attinent*.  
 Etiam impressi superiori fæculo  
 libri omnes *Ad* interponunt. Vide  
 Cur. Poster. Itaque a formula,  
 was anlanget, præpositionem *AD*  
 vix abesse posse existimamus.

BENEDICERE non tan-  
 tum pueri nostri fæpe, sed scri-  
 ptores etiam non spernendæ au-  
 toritatis cum accusandi casu  
 iungunt. Sulp. Seuerus i Hist.  
 cap. vii cum filium benedicere para-  
 ret Iacobus. Neque solis Ecclesia-  
 sticis id vñu venit, sed Apuleius  
 etiam in fine ad Asclep. benedicen-  
 tes Deum, dixit, quod est studio  
 imitandi Græcum ἐυλογεῖν τινὲς  
 excuses velim, nequaquam vero  
 imiteris.

COMMUNICARE CVI  
 inusitate; CVM QVO, recte  
 & ordine dixeris. Cicero i epist. vii  
 Pompeius mecum sapissime de te com-  
 muni-

municare solet. Curtius vi cap. vii,  
n. 21 admonet pridie communicare  
eum ipso rei. Etiam cum Præposi-  
tione inter. Pro Quintio cap. iv  
cum de societate multa inter se com-  
municarent. Semel cum Dandi  
casu Cæs. Civ. iii cap. xviii, qui-  
bus communicare de maximis rebus  
Pompeius consueverat: quod Gifa-  
nius Obs. L. L. p. 39 vocat raram  
phrasin. Non autem desunt exem-  
pla posterioris ætatis, Sulp. Seue-  
rus Dial. 111 cap. xi communicantes  
Ithacio: & Hieronymus epist. lxi  
cap. xv communicabamus ej.

CONCILIARE CVM aliquo,  
male: conciliare ALICVI, optime  
& de veterum sententia. Cæsar  
vii Gal. cap. vii eam ciuitatem  
Aruernis (populis, Metaphr. τρέσ  
τρεσ Αρεπνυσ) contiliat.

DÍCERE sequente coniun-  
tione Quod, daß, vix reperitur  
apud veteres, qui constanter dicen-  
di verbo, & similibus infiniti-  
yum

vum subiiciunt. v. g. Nepos Ly-  
sandro cap. III dixit, se vota suscep-  
isse, quod male conuertas, quod  
vota suscepit.

DICERE, sequente negatione  
*non*, inusitatum Latinis, qui uno  
negandi verbo utrumque enunti-  
ant. v. g. Nepos Canone cap. IV  
*Conon negauit sui esse consilii, hoc  
est, dixit, quod non, ut barbare lo-*  
quuntur.

ERUBESCERE cum Geni-  
tiuo plures Grammaticorum li-  
bri, quibus in Saxonia utuntur,  
coniunxerunt, & ipsius Vossii Ari-  
starchus lib. VII cap. xxvii. Ex-  
emplum quod proferunt, unicum  
est Curtii lib. V cap. V num. 17 di-  
gnum esse omni malo, qui erubesceret  
fortuna. Sed prauatam scripturam  
expunxit obelus Criticorum, qui  
iam pridem edunt erubesceret for-  
tuita. Freinsheimius Indice Cur-  
tiano: *Grammatica Wittenbergensis*  
titat erubescere fortunæ, ut in hoc

Cur-

Curtii loco idem ferme peccatum fuisse appareat, quod ante nostram editionem in Tacito Hist. 2. I. 4. Quartus autem & sextus casus hoc verbum decent. Virgil. 11 Aen. 541

— ita fidemque  
Supplicis erubuit.

Quintilianus lib. vi cap. iv aliena studia erubescamus. Curtius iv cap. v ubi paucitate suorum erubescendum sit. Plinius Paneg. cap. xxxi erubescet fame. Nec maius coniungitur cum Modo infinito. Iterum Curtius vi cap. v ne senex equo vehi erubesceret. Rarius cum DE construitur, ut Senecæ Controv. xi de aliis erubescam. Datiuus rarissimus. Augustinus lib. iv contra Iulianum cap. xiv unusquisque sibi vel alteri erubuerunt.

EVADERE, substantium Verbum pro FIO, vulgus cum accusatio & præpositione componit. Cui enim ignota est triuui phrasis, evadere in virum doctum?

Ci-

Cicero autem, eiusdem ~~æ~~quales nominatiuum huic verbo semper addiderunt. De C. Orat, cap. xxxv T. Albucius perfectus Epicureus euaserat. Liuius lib. I cap. xxxix de Ser. Tullio puer: iuuenis euasit vere indolis regiae. Et lib. IIII cap. XXXIII adeo nouum sibi ingenium induerat, ut plebicolarepente, omnisque auræ popularis captator euaderet. Et post horum ætatem Iustinus XVI cap. IV ex defensore senatoria cauſæ patronus plebis euasit. Quod si de aliis, quam personis aut hominum affectionibus loquuntur, Accusatium nonnunquam intermiscent. Terentius Adelph. IIII scen. IV extr. hac licentia euadet in aliquod magnum malum, quanquam hic crumpet potius, quam fiet significetur. Quintilianus I I cap. XVI in infinitum quæstio euadat. Etiam Goclenius Controvers. Gram. lib. II c. LXXXII negat, in Quintiliani & Terentii loco euadere idem esse quod fieri.

IDEM

IDE M CVM ILLO Latine  
non dicimus, sed *idem*, quia ille,  
atque ille, & ille &c. Cicero IV ep. VII  
qui non *idem* consilium, quod tu, se-  
cuti sunt. x Att. ep. VII (al. 6) nec  
tuam rationem eandem esse duto,  
quam meam. Plautus Stich. I sc. II  
*idem* animus est in paupertate, qui  
olim in diuinitus fuit. II Nat. Deor.  
cap. XXVII Dianam & Lunam ean-  
dem esse putant. Ouid. VI Fast. 267  
*Vesta* eadem est & terra. Curtius IX  
cap. VI Non eadem est cogitatio eo-  
rum, qui pro memori optant, & mea.  
Raro ex Graeca consuetudine ad-  
haeret Datuio. Traianus Plinio  
epist. LXXXIV interpretationi tuae  
*idem* existimo. Sordibus ergo non  
caret vulgaris locutio, cum dicunt  
v. g. Zoroaster magus *idem* fuit cum  
rege Bactrianorum, &c.

INCUMBERE varie con-  
struitur. Vossius Aristarch, VII  
cap. XXXIX Fortasse et si apud præstan-  
tissimos veterum legas, incumbere  
bacu-

baculo, lepto, aratro: non similiter  
dixerint, incumbere philosophiae vel  
iuris studio. Ita est. Virgilius qui-  
dem incumbere remis, aratro, Aen.  
I, 15. Georg. I, 213. sed de studiis,  
litteris, artibus desunt exempla  
veterum cum datiuo, qui potius  
omnes accusatiuum cum IN vel  
AD postulant, quæ syntaxis Cice-  
roni perpetua est, etiam in alia  
quam disciplinarum & artium  
materia. Nam i de Orat. cap. viii  
pergit, inquit, ut facitis, adolescen-  
tes, atque in id studium, in quo estis,  
incumbite. Et ad Plancum lib. x  
epist. 111 incumbere in eam curam &  
cognitionem: & epist. v tota mente  
omnique animi impetu in remp. in-  
cumbas: & epist. x incumbere toto pe-  
tore ad laudem. Catilin. iv cap. ii  
incumbite ad reip. salutem. Pro Le-  
ge Man. cap. vii omni studio ad id  
bellum incumbere. Hæc copiosius  
afferte visum est, ut appareat,  
vulgarem phrasin incumbere litt-  
eris

teris, non esse probatissimam, saltem non antiquissimam. At vero cadens Latinitas ab his & similibus non abhorruit. Vopiscus in Probo cap. XXIIII *Populus iste militantium*, qui nunc bellis ciuilibus remp. vexat, araret, studiis incumberet, erudiretur artibus, nauigaret.

IVBEO TE, VT HOC FACIAS, non Latinum esse censem Vossius Art. Gram. lib. VII cap. XXXVI. Crebro quidem verbum hoc cum accusatiuo personæ iungitur: sed is conuenit cum infinitiuo, non cum iubeo, ut cum dico, iussit te ire, scribere, loqui. Etiam infinitiuus interdum subauditur, aut ἀπὸ κοινῆς repetendus est. Livius I cap. XXII Tullum Hostilium (creari) regem populus iussit. Cic. lib. XIII epist. XXVI Quod quo minori dubitatione facere possis, litteras ad te a M. Lepido consule, non qua te aliquid iuberent (facere) sed quodammodo quasi commendatitias sumimus.

simus. Add. Salust. Iugurth. cap. LXXXIII ext., & cap. LXXXIV inextente. Ergo accusatiuus personæ huic verbo non congruit? oppido rarum illud Suetonii est Vesp. cap. XXII in Palatinis membranis: nuntiantes legatos, decretam sibi statuam, iussit ut continuo ponearent. An vero quartus casus rei congruentior? Spartianus in Geta cap. V ut continuata, & maxime prandia, per singulas litteras iuberet. Verum etiam Casaubonus adnotavit: Iubere prandia, pro imperare, & parari iubere, recentioris est Latinitatis. Haec tenus de accusatiuo: nunc queritur, an, demto casu, iubendi verbo *UT* Coniunctionem apponere concessum sit. Frequens & hoc est posteriori saeculo. Lamprid. Heliog. XII iussit, ut trucidaretur. & mox: iussit, ut abrogaretur nomen *Cesaris Alexandro*. Spartianus in Nigro cap. X iussit, ne in ænis milites nummos portarent.

tarent. Nec desunt exempla ex Traiani æuo. Tacitus x i cap. xxxi i  
iussitque, ut Britannicus & Octavia in complexum patris pergerent. Et antiquior ac purioris æui T. Liuius lib. xxxi i cap. xv i iussit, ut Eubœane peterent: qui vero, alibi passim, & ceteri antiqui fere omnes infinitum subiiciunt, plerumque passivum, quanquam Pareus Lex. Crit. etiam actuum laudauit.

\* *Iubeo tibi &c. cum tertio casu,  
quære sequenti capite in Græ-  
cismis.*

LATET ME. Dura sententia est Gifanii p. 342 Observ. *Latet me, id est Nescio, Latinum non est.* Nec mitior Scioppii Præf. Gram. Phil. & contra Famianum p. 84 *Non magis Latinum est Latet me, quam Patet me.* His obiicitur Tullius, Varro, Virgilius ex aureo; Plinius, Iustinus ex argenteo Latinitatis æuo. Respondet Scioppius, Ciceronis locum pro Sulla cap. xxii i (lex populum

lum Romanum latuit ) pro more  
antiquitatis per notas scriptum  
fuisse P. R. quod æque legi possit  
populo Rōmāno : hodiernam scri-  
pturam ex suo ingenio librarios  
addidisse. Varronem, ait, in Rusti-  
cis libris ( libris I cap. XL *semen latet*  
*nōstrum sensum* ) interdum rusti-  
cari, quale sit eod. cap. apparet ad  
*agricolas*, pro *agricolis* : elegantius  
loqui eundem lib. VIII de L. L.  
*qua & oculis & auribus latere soleat*.  
Virgilium, ut poetam, Aen. I v. 130  
græciissare , nec singularia eius  
promiscue imitanda, multo mi-  
nus ad prosam trahenda esse. Pli-  
nii æuo & sequenti inclinasse La-  
tinitatem , atque ita tempori tri-  
buendum esse , quod i i cap. xx  
dixerit *latet plorosque* : Justinus  
XXXI cap. II *rēs Hannibalem non*  
*diu latuit*. Haec tehus ex iudicio  
Scioppii , quod minime improba-  
mus , cum tam pauca ex omnibus  
antiquis monumentis exempla ,  
qui-

quibus analogia repugnat, vix possint tueri constructionis huius usum, qui nostro ævo inualuit maxime.

An vero probatius est LATET MIHI? Videtur ita Scioppio ad Mineruam p. 74. Sane analogia Linguæ fauet, nec exempla defunt, Ciceronis post Red. in Senatu cap. vi, *nobis hæc auctoritas latuit: & i Catil. cap. vi quod mibi latere valeat, ut vulgati libri habent: Varronis lib. viii de L. L.* quod supra indicauimus: Lucani lib. i 417 *tu caussa mibi late.* Cui vero & hæc exempla pauciora iusto, aut rara & singularia videbuntur, is non errabit, sed filio suo consulet, si, quod Cicero aliis locis omnibus, quod Cæsar, Livius, Sallustius, & optimus quisque alias fecit, si, inquam, abstineat ab utroque Casu, & neque datiuum, neque accusatiuum huic verbo adiiciat.

L

NON

NON VERO reiicit Valla lib.  
II cap. xxiv, & Scioppius adv. Vos-  
sum n. 29, & recte. Nam classici  
habent non autem: contra, autem  
cum nec vel neque non iungunt, sed  
dicunt neque vero, nec vero. A Tri-  
boniano itaque videtur esse, quod  
in Vlpiani Lege vi D. de off. pro-  
cons. n. 3 legitur: *Non vero in to-  
tum xenii abstinere proconsul.*

PARTICIPARE ALICVI  
REI, id est participem rei fieri,  
sine exemplo dicitur. Vera Syn-  
taxis verbi *participare* pro parti-  
cipem fieri est cum accusatio.  
Cic. II Tusc. cap. xvii *Qui alteri*  
*exitium parat, eum scire oportet sibi*  
*paratam pestem, ut participet parem.*  
Aut Præpositione i de Lege cap. xii  
ad participandum alium ab alio.  
Quod si participem facere notat,  
plures sunt syntaxeos modi. Li-  
vius III cap. xi i suas laudes parti-  
cipare cum Casone. Plautus Mil.  
act. I sc. III sermone suo aliquem  
fami-

familiarium participauerit de amica.  
Apuleius lib. ix meum dominum co-  
mis hospes opipari prandio participat.  
& ante paulo: mensam nobiscum se-  
cura participiat. Ad quod Plautus  
habet Cist. i sc. iii participare  
quem consilii, græcissat, nec temere  
imitandum est.

PARVI quid CVRO, incu-  
riose a quibusdam dicitur. Nam  
Curo ad æstimandi verba non perti-  
net, ut Genitium casum requiri-  
rat. Rem ergo hanc cum Sallu-  
stio Iug. LXXXV sic efferes, *parui*  
*id facio*: aut cum Liuio XXI cap.  
XLII extr. Non ego illud *parui*  
*æstimo*.

SEQVITVR quod, male:  
Sequitur, vt, bene ac latine. Cic.  
Parodoxo III Sequitur igitur, vt  
etiam vitia sint paria. Idem de Fa-  
to cap. XII Si verum non est, sequi-  
tur, vt falsum sit. Notent dispu-  
tantes academicci, quibus nihil  
frequentius est quam sequitur,  
L 2 quod

quod &c. Licet tamen etiam Infinituum addere. Cic. II de Nat. D. cap. xxx Quo constituto, sequitur, ab animantibus principiis eam esse generatam.

VERSARI CIRCA rem, Ciceronianum non est, sed IN RE. Lib. v epist. XII si uno in arguento unaque in persona mens tua tota versabitur. Et I Off. cap. VI Omnis cogitatio motusque animi aut in consiliis capiendis, aut in studiis scientiae cognitionisque versatur: & cap. IX quod (philosophi) in veri inuestigatione versentur. & cap. XLII Opifices omnes in sordida arte versantur. At versari CIRCA rem, qui ante Neronis ænum dixerit, non habemus, neque tum valde visitatum erat, sed in raris ponebatur. Seneca ad Marciam cap. XIX circa aliquam versantur materiam. Sueton. de Gram. cap. XVIII Hic initio circa scenam versatus est.

DATIVVS cum verbo PAS-  
SIVO,

SIVO, pro ablative & præpositio-  
ne, sæpe aliquid duri & peregrini-  
sonat, nec ubique potest eum  
Græcorum consuetudo excusare.  
Poetis hic plus licet, quam prosæ  
scriptoribus. Dixit Virgilius ne-  
que cernitur vlli : Ouidius non in-  
telligor vlli. Quis autem feret ita  
soluto sermone loquentem? No-  
nat insuper Vossius, hanc Græco-  
rum imitationem potius in Parti-  
cipiis, quam ipsis Verbis fieri. Cic.  
Att. xiiii epist. xxiv ego audita ti-  
bi putaram, id est, a te. Tacitus  
xi cap. xxvii audita scriptaque se-  
nioribus, tradam. Videas ergo, ne  
quid ab auribus æque ac nativa  
Latinorum indole abhorrens filo  
tuo indulgeas.

Tandem de syntaxi tritissimæ  
phraseos GRATIAS AGERE  
aliquid addere non alienum ab re  
est. Vulgo nostrates ita constru-  
unt, *gratias agere pro beneficiis, pro  
meritis, pro re*, idque usurpant eo

L 3      luben-

Iubentius quo magis cum vernalculo sermone congruit. Non damno, neque Germanismi accuso, si inodice adhibetur, veteres enim ysi sunt etiam, sed rarius. Cicero Att. **xvi** epist. **xx** *Confido fore, ut* alio genere litterarum utamur, tibi qui pro tuo summo beneficio gratias agamus. Hirtius Bell. Afric. cap. **XLV** cum existimasset pro suo beneficio ab iis gratias sibi actum iri. & cap. **XC** *Vticenses incolas (Cæsar) cohortatus* gratias pro eorum studio erga se agit. Rarius est ob rem. Plinius lib. **IX** epist. **XXXI** ob que gratias agerem. Alii amant formam *D E* re gratias agere, qua saepius usus est Manutius in Epistolis. Verum & haec perrara fuit veteribus, nec iam succurrit aliud, quam Ciceronis exemplum lib. **I** ad Attic. extremo : *Peti negotia tibi commendabo : de quibus tibi ille agit maximas gratias.* Nam quod idem ad Atticum scripsit lib. **XIV** epist. **XXII**

Attic.

Atticam meam gratias mihi agere de  
matre gaudeo, id alium sensum &  
constructionem poscit. Veterum  
ea consuetudo est, ut vel simpli-  
citer dicant *gratias agere*, vel, si  
materia omnino exprimenda est,  
id per *Qui* pronomen, aut *Quod*  
coniunctionem subiificant. v. g.  
xvi ad Attic. epist. vii *Ego vero*  
*austo gratias miras ago, qui me a tan-*  
*ta infamia auerterit.* Cæsar ii Civ.  
cap. xxii *Cæsar habita concione Cor-*  
*dubæ omnibus generatim gratias agit;*  
*ciuibus Romanis, quod oppidum in*  
*sua potestate studiissent habere; His-*  
*panis, quod præsidia expulissent;*  
*Gaditanis, quod conatus aduersario-*  
*rum infregissent.*

\* Referre gratiam PRO re extra  
dubitatem est. Cic. v  
epist. v. Cæsar lib. v cap.  
xxvii extr. Nepos The-  
misti. cap. viii extr.

## CAPVT VI.

## De Græcismis insolentibus.

**L**atinam linguam multa debere Græcæ, per se clarum & manifestum est. His vero addita sunt posteriori tempore, quæ ingrata sunt Latinis auribus, cum etiam Græcorum in hac lingua usum ex classicorum consuetudine diuidicari & estimari oporteat. Quæ illi verba donarunt ciuitate, ut *tyrannus, barbarus, epistola, eclipsis &c.* eadem & nos pro vere Latinis habemus: quorum autem in antiquitate aut rarus usus fuit, aut nullus, de iis quoque merito est quod dubitemus. Ordine perlustramus, quæ hodie maxime usitata sunt, antiquis autem vel obscura fuerunt, vel ignota.

ABYSSVS non facile inueniri extra Ecclesiam. Christianorum exempla Curis Secundis redidici-

didimus. Neque profanis Græcis  
valde vſitatum eſt. Latine dicens  
profundum, vorago.

AGON & AGONIZARE.  
Gr. ἀγωνίζεν eſt certare, & ἀγών  
certamen. Sed neque Verbum La-  
tini ſuum fecerunt, neque No-  
meh de morientium angore vſur-  
pauunt, præter Ecclesiasticos,  
quemadmodum Iuuencus Laz-  
arum moriturum dixit *sub agone ia-  
cere*. Latini hoc supremum peri-  
culum vitæ descripturi aiunt *ani-  
mam agere*, vt Cælius Ciceroniviii  
ep. xiiii.

ANATOMIA neque cum Græ-  
co conuenit, quod eſt ἀνατομή, un-  
de Vossius formari vult *Anatome*.

AVTOCHIRIA vox pure  
Græca, ſed vel peregrinæ notio-  
nis, ſi pro ἀυτοφορίᾳ ſumitur, quia  
Hesychio generatim eſt τὸ τῆς ἑα-  
τῆς χειρὶ ποιησάτι: vel, ſi quan-  
do ad cædem ſui ipsius applicatur  
Græcis, quemadmodum idem

L 5 Hesy-

Hesychius ἀυτόχειος & αὐτοχεῖος eo  
trahit, quæ aliis etiam sunt gene-  
ralia; tamen in Latio noua hæc  
vox & inaudita fuit.

BLASPHEMIA vox Ecclesia-  
stica: Latinis *exscratio*.

EREMVS & EREMITA  
idem Ecclesiæ vocabula. vide  
Cur. Poster.

EXOTERICVS, *pure Græcum*  
ἐξωτερικὸς, a Latinis paucis rece-  
ptum, qui malunt *externus*, *pere-  
grinus*, *aduentius*, aut si Græcum  
etiam addunt, *exoticus*. Gellius xx  
cap. v distinguist inter Aristotelis  
libros *Exotericos* & *Acryaticos*. Ali-  
bi ipse [xiiii, 5] dixit *vinum exoticum*, id est *peregrinum*.

HYPOCRISIS, HYPOCRI-  
TA, vt hodie accipiuntur, sunt  
ecclesiasticæ notionis, & simula-  
tionem ac simulatorem pietatis signi-  
ficant. Olim *Hypocrita* artifex  
theatralis erat. Adi Sueton. Ne-  
ton. cap. xxi & interpretes.

ME-

METHODVS non facile La-  
tinorum veterum aliquis dixit.  
*Via est, qua ingredimur studia, vel*  
*ad illa adducimus.*

MOECHARI, *μοιχᾶρη* vel  
*μοιχέαντ*, solius fere Catulli est  
[Epigram, xcv] ex antiquis: ce-  
teri, qui vtuntur sunt ecclesiastici,  
*Mæchus* autem, æque Græcum, a  
pluribus in ciuitatem receptum est,  
etiam optimæ auctoritatis.

NEOTERICVS, *νεωτερικὸς*,  
non habent antiqui & Classici, sed  
qui sunt recentioris Latinitatis,  
vt Aurel. Victor. de Orig. Gent.  
Rom. vt quisquam neotericorum ad-  
seuerauit: Claud. Mamertus de  
Anim. lib. i cap. iii neotericus scri-  
ptor. At aduerbium Neoterice, vt  
rarum & singulare, in Acon. Pe-  
diani comment. in Diuin. Verr.  
obseruamus. Probatoria sunt re-  
centior, iunior.

ORPHANVS, pupillus. Laur.  
Valla iv Eleg. cap. xxxiii Græcum,

inquit, nomen est, non sene a veteribus vstatum.

PAVSA, id est quies, antiquissimos autores habet, Accium, Lucilium testante Nonio: verum tradit Macrobius, Virgilium & æquales ab hoc verbo & similibus peregrinis abstinuisse. Posterior ætas in usum quodammodo reueauit. Gellius xix cap. v cum bibenda niuis pauca fieret nulla. Arnobius lib. v cum ab Iouis ipsius maledictis nullam pausam facere vel exiguæ temporis intercedepine quiueritis. Æque aut magis inusitatum est verbum pausare. Fulgentius Myth. i cap. vi non pausando furiam concipere. Usus postulat quies, intermissio, quiescere.

P R A X I S Græca quidem vox, sed ut hodie usurpatur, Latiniores substituunt usus. Cicero xiii epist. xv valet ingenio, habet usum, iam pridem in eo genere studii litterarum que versatur. Plinius i epist. x Pars philosophie pulcherrime agere negotium

tium publicum, queque ipsi [philosophi] doceant; in usu habere, & epist.  
xx Vsus magister egregius.

THRONVS ecclesiasticorum  
magis, Iuuenci, Prudentii, quam  
veterum Latinorum est, qui solium  
dixerunt.

ZELVS hoc est emulatio, & ver-  
bum ZELARE (vel zelari) pro emu-  
lari Scripturæ interpres Vulgatus  
sæpe dixit. Etiam Fulgentius i  
Myth. cap. v amoris zelus atque in-  
vidie. & lib. ii zelataque Scyllam,  
fontem venenis infecit. Sic quoque  
zelotes inusitatum veteribus: zelo-  
typus autem & zelotypia paullo vi-  
tationa.

Hæc de simplicibus vocabulis:  
nunc de iunctorum ordine græcis-  
sante. Talis maxime est INFINI-  
TIVORVM, quibus Cræci vtun-  
tur tum pro Coniunctiuis cum UT  
post verba petendi, hortandi &c.,  
tum pro Supinis & Gerundiis,  
quod utrumque Latinis, dūrum

L7

est

est & insolitum. v. g. Græci & nostri A&t. xvi, 39 ἡρώτων ἐξελθεῖν, baten sie hinaus zugehen, incommode vertes rogarunt exire, sed ut exierent. Dionysius Halicarn. lib. xi  
extr. παρακαλῶντες φίλοι, ρωμαῖων γενεόδη, bortantes, ut amici P. R. fierent. Ifocrates παροξυνθεῖν τολεμῆν instigetur ad bellandum. Hoc nonnunquam Latini emulantur, sed sine gratia. Hyginus Fab. CLXVI instigauit petere. & Fab. CXCIV cum a rege petiisset, per ciuitatem artem suam illustrare. Habet enim hic auctor, ut multa vocabula Græcanica, sic s̄apenumero etiam syntaxin Græcam. Ammianus, Græcus miles, extremo opere, moneo proculdere linguas ad maiores filios.

Deinde Latini nonnunquam Græcos imitati Infinituum ponunt, vbi Gerundio opus est. Nepos Lysand. cap. III init consilia reges Lacedæmoniorum tollere. Lilius

vius lib. vi cap. xvii i tempus est  
maiora conari. Notanda hæc sunt,  
non temere imitanda.

Pro Supinis etiam aut partici-  
piis iisdem Græcorum æmulatores  
adsumunt Infinitiuos. Hyginus  
Fab. xxvii *arbitrans eam iniuriam*  
*patris exequi venisse.* & Fab. lxxxviii  
*ad flumen exit sanguinem abluere.*  
Apuleius v Metam. extr. *perpetra-*  
*re venitis, ita Elmenhorst. at perpe-*  
*tratura Pricæus.* Nec vero illud ab  
ingenio Apuleii alienum est.

Porro Græcismus est, cum Ad-  
iectiis adduntur Infinitui, quod  
in carmine frequens & elegans,  
durum & peregrinum in prosa,  
v. g. Horat. i Od, i *indocilis paupe-*  
*riem pati.* Virg. Ecl. v *boni inflare*  
*calamos.* Gellius vii cap. xvii *digna*  
*quari tractarique,* Tacitus lib. xiv  
cap. lx *canere tibiis doctus.*

Hæc fideliter tironibus incul-  
canda sunt, ne inscientes duriori-  
bus Græcismis implicentur, vole-  
bam

256 VII. POETICA SOLVTO

bam dicere Germanismis, quia no-  
stra lingua, & Græca instructura  
Infinitiuorum ferme conueniunt,  
dum vtraque Supinis & Gerundiis  
destituta est: etiam nostrates post  
hortandi & similia verba Infinitum  
æque, ac Coniunctuum Modum  
ferre possunt,

IVBEO TIBI seu cum Dandi  
casu etiam ad Græcanicas πησεις a  
Vossio refertur. Rara antiquiori-  
bus syntaxis, sequiore æuo vsta-  
tior, Tacitus **xiiii** cap. **xl.** quibus  
iusserrat. Claudio, **ii** in Rufin. **155**  
*Hispanis Gallisque iuber.*

& Prudent, in Romano **386**

*Desiste Index seculi tantum nefas  
Viris iubere fortibus & liberis.*

CAP VT VII.

De Poeticis soluto sermone  
fugiendis.

A BSQVE ILLO ESSET.

Vorstius cap. **ix** Susp. Lat.

Duo Comici, inquit; ut multa alia  
fin.

*singularia, ita & hoc habent, ut per ellipsin quandam dicant, ABSQVE  
ILLO ESSET.* Cicero & æquales aliter loquuntur. Philipp. IV cap. II  
*Quod erat præsidium salutis libertatisque vestræ, si C. Cæsar is, fortissimorumque sui patris militum, exercitus non fuisset? & pro Archia cap. x nisi Ilias illa existisset. Corn. Nepos in Con. c. I I si ille non fuisset. Liuius I I c. x Pons Sublicius iter pene hostibus dedit, ni unus vir fuisset, Hordius Cocles. Plura exempla collegit Vorstius, vir in his litteris diligenter.*

\* Formula *absque illo effet*, excusari potest Comicorum auctoritate: altera *sine illo effet*, quam quidam ad illius modum effingunt, ἀναπολόγητος est.

A M A R E pro solere, Buchnero iudice, Græca loquendi ratio est, poetis, quam prosæ scriptoribus, conuenientior. Vid. Horat. I I Od. I I L v. 10, & lib. I I I Od. xvi

v. 10

## 258 VII. POETICA SOLVTO

v. 10 &c. Nec Cicero, aut æqualis,  
ad prosam transtulit, sed secundi  
ordinis scriptores, Plinius xiiic.  
**IV** palma toto anno bibere amat. Ta-  
citus An. iv cap. ix vt ferme amat  
posterior adulatio. Apuleius princi-  
prio Floridorum: *quod genus in co-  
mœdia fieri amat.* Quintilianus  
idem, vt insolens & nouum, in  
Sallustio notat lib. ix cap. iii *Ex  
Graco*, inquit, *translata Sallustii plu-  
rima, quale est: Vulgus amat fieri.*

**CLVO** vel **CLVEO** pro *vocor*,  
*nominor*, Nouius ex Lucilio, En-  
nio, Pacunio probat, quibus addi  
possunt Plautus & Lucretius, vt  
sic non tam poeticum videatur,  
quam antiquarum & obsoletum.  
Posteriores quidam reduxerunt.  
Prudentius *Psychon.* principio:  
*Christe, qui patria virtute cluis.*

**COELI.** Multitudinis Nume-  
rus Vulgato Scripturæ Interpreti  
& Ecclesiasticis cœbro vistatus,  
ignotus proorsus est scriptoribus  
soluti

soluti sermonis classicis. Vnde Cæsar apud Gellium lib. xix cap. viii ad Ciceronem scripsit, quod arena *nunquam multititudinis numero appellanda sit*, sicut neque cœlum, neque triticum. Ex poetis fere solus Lucretius lib. ii v. 1095.

*Quis pariter cœlos omnes connuerte?*

Hoc vocat Vossius Arist. p. 592 poetam licentiam, qua non promiscue omnibus est vtendum. An Cicero etiam cœlos dixerit, disputatur Curis Secundis, Philosophis aliquid licet, vt de singulis rebus, si opus est, loquantur pluraliter, quemadmodum Democritus apud Ciceronem ii Acad. cap. xvii de Mundis differuit innumerabilibus.

EST pro licet, e. c. videre est, poetis ex Græcorum imitatione elegans. Virg. vi 596. *Cernere erat.* Horat. i Satyr. ii v. 101 *videre est*, & ante v. 78 *Vnde laboris plus baurire mali est.* Ouidius iii Metam 478  
lice-

260 VII. POETICA SOLVTO

--- liceat, quod tangere non est;  
Adspicere.

Rarius id in solita oratione, præfertim saeculo Augusteo. Liuius lib. XLII cap. XLI Quæ obiecta sunt mihi, partim ea sunt, quibus nescio; an gloriari debeam; partim quæ fateri non erubescam; partim quæ verbo obiecta, verbo negare sit. Plinius & Gellius aliquoties eo usi sunt: ille lib. XI cap. XXXVIIT fugient radiantque oculi, ut contueri non sit. & lib. XVII cap. IX de nostris moribus bene sperare est: hic lib. XI I Noct. Att. cap. IX Est plurifariam videre atque animaduertere in veteribus scriptis.

FESTVM substantiue profaci scriptores ætatis Augusteæ non dixerunt, nec qui proxime secuti sunt, crebro, sed fere omnes festus dies. Cicero II Phil. cap. XXV Omitto Etruriae festos & actos & institutos dies. Liuius XL cap. XIV die festo inter æquales largiore vino sum

sum usus. Curtius VIII cap. v festo  
die omni opulentia conuiuium exor-  
nari iubet. Florus III cap. XVIII  
festo die Latinarum. Nec Virgilius  
aliter in Georg. 268

etiam festis quadam exercere die-  
Fas & iura sinunt. (bus.  
& VI Aen. v. 69. tempia instituam fe-  
stosque dies. At Ouidius saepissime  
substantiuam formam adhibuit.  
e. g. III Metam. v. 3. coniugalia fe-  
sta, & lib. X 431.

Festa piae Cereris celebrarunt annua  
matres.

& Statius II Silv. VII v. 90.

O nunquam data festa longa summis.  
etiam Thebaid. IV v. 301

Quæ tibi festa litat. Barthius: tua  
festa frequentat, & diebus sacris ti-  
bi tuis rite placentibus cum cer-  
moniis operatur. Horatius quo-  
que Epod. II v. 59 festis Terminali-  
bus, & II Epist. II v. 197 festis Quin-  
quatribus, nisi diebus utroque loco  
subauditur, sicut lib. III Od. XVIII  
idem dixit.

Fe-

262 VII. POETICA SOLVTO

*Festo quid potius die  
Neptuni faciam?*

Post hæc tempora Plinius etiam scripsit xvi cap. xxxv *festa sua polluit*: Gellius xvii cap. ii *Deo, cuius id festum erat, quos sequuntur recentiores magno numero.*

GENITOR, GENITRIX.

Laur. Valla iii Eleg. cap. lxx *Oratores*, inquit, *sæpius dicunt Pater, quam Genitor; Mater, quam Genitrix.* Poetis autem hæc sunt vñstissima. Cicero quidem de Vniuerso cap. viii habet etiam, sed metaphorice intellectum, quo (animo) inquit. *nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreat.* Columella Operis præfat. *ille mundi genitor, & Plinius xv cap. iv Græci vitiorum omnium genitores.*

GRATES agere. Rob. Stephanus & Phil. Pareus: poeticum magis quam oratorium. Ouidius in Ibin v. 25 *Huic meritas grates man-*

mansueto pectore semper agam, & sic  
quoque cum verbis persoluere, ex-  
soluere, pendere, rependere. Virgi-  
lius i Aen. v. 600 grates persoluere  
dignas. Statius III Silv. III v. 155

Summe ducum grates, aut quæ pia  
vota rependant?  
& v Silv. v v. 45 suetas exsouiente grates  
& xi Theb. v. 223 - dignas sed pen-  
dere grates

Haud mortale opus est.

Vt vero plura poetica, ita & hoc ad  
prosam, sed rarius, adsumptum est.  
Curt. III cap. vi grates habebant  
velut præsenti Dco. Tacitus iv An.  
cap. xv Nero egit grates patribus.

LETVM pro morte, poetis  
itidem, quam oratoribus, con-  
gruentius est. Vid. Buchn. Com-  
mut. rat. dic. Cicero sane rare ha-  
bet, Curtius scmel, nempe VIII  
cap. ix admouere leti diem, quod  
est se intersicere. Letalis quoque  
vt plurimum poetarum est, ta-  
men etiam Plinii lib. XI cap. vlt.

nnn

264 VII. POETICA SOLVTO  
non utique septimo (die) letalis in-  
dia. qui & Adv. letaliter eod. lib.  
cap. xxxvii in usu habet.

NATVS, GNATVS. Valla  
c. l. *Oratores sapius Filius dicunt,*  
*quam Natus.* Multitudinis num-  
ero etiam Cicero non abstinuit, sed  
coniunxit cum *parentibus*, quo ad-  
dito vox altera magis declaratur,  
de Amic. cap. viii ex ea caritate,  
quæ est inter natos & parentes.

OBLIVIA plural. poetis pro-  
prium: ceteris obliuio.

POTIS, POTE EST, ppo  
potest, vel ἀρχαῖνον, vel poeticum  
est, ut Curis Poster. probauimus.

SALVTARI pro vocari, val-  
de tritum hodie, sed si de ancto-  
re queras, omnes Horatium poe-  
tam monstrant, cuius est de Arte  
v. 87. *poeta salutor*, quamuis & hoc  
loco non simpliciter *vocari* signifi-  
cat, sed ad ritum salutantium ve-  
terem respicitur, quasi pro *salue*  
*Horati*, dixerint *salue*, vel *aue poeta*.

Ea-

Eadem ratio est illius Curtiani  
(vi cap. xi) cum primum se Louis  
filium salutari iussit rex.

VENIT pro *Eſt*, sequente Par-  
ticipio Passiuo Futuri Temporis,  
poetis originem debere creditur.  
Tibulli verba lib. i Eleg. ii

*Quid Tyrio recubare toro sine amo-  
re secundo*

*Prodest, cum fletu nox vigilanda  
venit.*

Scaliger in Commentar. interpre-  
tatur *vigilanda* est. Adde Buchne-  
riana Fabri supplementa, de cuius  
summi Viri sententia, quidquid  
est huius phraseos, poeticum est.  
Minus ergo se probat vulgatum  
considerandum venit, cetera.

EPITHETA quoque POE-  
TICA solutam orationem defor-  
mant. Huiusmodi sunt *auricomus*,  
*altiuolans*, *fatifer*, *flammifer*, *lucti-  
ficus*, *noctiuagus* &c. Neque tamen  
(laudati Buchneri verba sunt) hoc  
genus plane repudiari debet, sed

M vſus

usus meliorum auctorum respiciendus est, probandaque in prīnis vītata ac recepta. Habent enim castissimi scriptores, Cicero iv epist. i i i pestifer, Nepos Epam. ix mortifer, Liuius præfat. Operis frugifer, Columella vii cap. xii letifer, Plinius vii cap. iii fastifer potu Nilus, & xxxviii cap. x somnifica medicamenta, & id genus alia.

GRAECISMOS INFINITIVORVM, de quibus præcedente capite actum fuit, in primis poetæ amant, Virgilius Ecl. x cantare periti: Tibullus i i i Eleg. ii extr. caussa perire fuit: Horatius i Od. i indocilis pati, & Od. ii Proteus pecus egit altos visere montes. Hæc dedit prosam.

## CAPVT VIII.

De nonnullis dubiis & præritis.

ABBREVIARE. Vegetius prologo lib. iii Quæ per diuersos aucto-

res

res librosque dispersa Imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare iussisti. Hodie plerumque ad scripturæ compendium refertur, quod veteres dicebant *notare*. Fabius proœm. Inst. Orat. alterum, quantum notando consegue potuerant, interceptum, boni iuuenes temerario editionis honore vulgauerant, Turnebus h. l. *notare est compendioso scribendi genere excipere*. Adde supra dicta cap. 1. in *Abbreviatura*.

**MANVDVCTIO** quis veterum dixerit, non appareat. Habet aliquid in simili voce *manumissio*: verum analogia nuda, sine auctore, non valet in foro Latino. Dicemus *duetus*, item *duetum cuius se qui, ad duetum cuius se applicare*.

**VARIABILIS & INVARIABLES** incertæ auctoritatis sunt : *Mutabilis autem & immutabilis certissimæ*.

**A EQVI POLLERE** quoad nunciatum erit, quo auctore se

M 2 tuea-

268 VIII. DUBIA ET PRAETERITA,  
tueatur, non dicemus, sed *equari*,  
*equiparari*. Plus dubitatur de *Ae-*  
*quipollentia*.

SIVE adhibetur, vbi idem di-  
versis nominibus explicandum est,  
v. g. *Diana* sive *Phœbe* est eadem que  
*Luna*. Inepte dixeris *Diana* aut  
*Phœbe*, *Diana* vel *Phœbe*.

ORDINARIE Aduerbium  
non probant Lexica, neque in le-  
ctione auctorum veterum obserua-  
vimus.

---

## INDEX VERBORVM

<b>A</b>	Consiliis alicui	225
a	pedibus	226
a	studiis	226
ab	epistolis	ibidem
ab	abbreuiare	266
ab	abbreuiator	2
ab	abbreuiatura	ibidem
ab	abhinc	228
		ab

INDEX VERBORVM.

ab inuicem	227
abominabilis	2
abominatio	3
absentare	3
abs re	207
absque	105
absque illo esset	256
abstractiuae lucutiones	153
abyssus	248
a consiliis cui	225
accensere	107
acquisitio	ibidem
ad diem III Kal.	206
adhibere fidem	211
adoptatio	4
aduersitas	108
adunare	149
aduocare	155
ægritudo	155
æquanimiter	4
æquipollere	267
æternalis	5, & 56
æternaliter	4
affetuofus	5
affirmatiuus	6

M 3 age-

INDEX VERBORVM,

agere gratias	245
agon, agonizare	249
albedo	6
aliquiditer	6
aliquidis	ibid.
aliquanta, <i>aliquot</i>	108
amare, <i>solere</i>	257
amicabiliter	7
amittere proelium	207
amodo	227
an, an	228
anatomia	249
angustare	7
angustiare	ibid.
animalculum	7
animitus	8
annihilare	8
annullare	ibid.
antemurale	8
anterior	109
a nunc	227
appropriare	9
approximare	9
approximatio	ibid.
aptitudo	9
	armi-

INDEX VERBORVM.

armistitium	9
asportare <i>adportare</i>	156
afferere, <i>affirmare</i>	157
assistentia	9
assuefactio	10
attinet me &c.	229
audax, audacia	157
augmentare	10
autochiria	249

B.

Balbuties	10
benedicere <i>significatio</i>	157
<i>syntaxis</i>	230
benedictio	158
benefactor	11
beneplacitum	12
bestialis	12
bestialitas	ibid.
bibitio	12
bibo <i>onis</i>	13
bigamus	13
bigamia	13
bimaritus	ibid.
blasphemare	13
blasphemia	ibid. & 250

M 4      blasphe-

INDEX VERBORVM.

blasphemus	13
boatus	14
bona opera	214
facere	ibid.
bouinus	14
brachium sæculare	208
breuiarium	110
breuiator	14
breuis <i>Subst.</i>	ibid.
brutum <i>Subst.</i>	14
burgus	14

C.

Calculare	110
calculator	ibid.
cambire	15
cambium	ibid.
capitaneus	15
captiuare	15
captiuatio	ibid.
carentia	15
carminus	16
carminice	16
carnalis	16
casualiter	16
caussari	158

cau-

INDEX VERBORVM.

cautela	110
certitudo	16
cespitare	17
clleo, cluo	258
coadiuto	18
coadiutor	17
coætaneus	111
coæuus	111
cœli Plural.	258
cœlicus	17
cœlitus	112
cognoscibile	18
coincido	18
collaterales	ibid.
collimare	18
comfibones	13
combinare	19
commartyr	25
commasticare	70
commendatorius	19
commensalis	19
communicere cui	230
communiter	159
comparatum est cum illo	208
compassio	19

M 5

com-

INDEX VERBORVM.

cōpater	20
cōpatior	20
cōpilare	160
cōplacentia	20
cōplices	113
cōputus	ibid.
cōcerno	20
cōchristiani	25
cōciliare aliqua	231
cum quo	ibid.
cōciuis	21
cōcordantia	22
cōcupiscentia	22
cōdescendere	23
cōditionalis	24
cōditionaliter	23
cōdolentia	24
cōdolere	160
cōfiscare	113
cōfluxus	24
cōfederare	24
cōfederati	ibid.
cōfortare	24
cōfrater	24
cōfundi	161
	con-

INDEX VERBORVM.

congruuſ, congrue	114
a confiliis alicui	225
conſcientia ſalua	219
confellatio	25
contrarior	26
contradiſtio	212
contradictoria	212
contradictionem implicare	211
contribulis	26
controuertitur	26
coordinare	27
cor	161
cordicitus	27
correcte	27
correspondere	27
crapulari	28
creatura	28
crepusculum	161
crucifigere	115
crux	162
curabilis	28
curo parui	243
cursorie	28

D.

Dapifer

28

M 6

Da-

INDEX VERBORVM.

Datiuus cum passiuo	245
lecollare	116
lecrementum	116
de die in diem	209
degradare	28
dehonorare	61
leintus	228
leprædari	117
deprædicare	28
deprecari	163
derisio	29
desertum	29
desolare	263
desolatio	29
deteriorare	30
de verbo ad verbum	210
deuiare	30
dicere, quod	231
dicere <i>sequente natione</i>	232
dictio	164
diescit	31
dictim	31
discretus, discrete	165
discurro	166
discursus	165
dispen-	

INDEX VERBORVM.

dispensare	168
dissitus	167
districtus	31
ditio	168
diuersimode	31
diuisibilis	32
diuisim	32
diuus, diui	169
dolorificus	33
dolorosus	ibid,
domina	171
dominus	170
dubietas	118
duellum	171

E.

Edecumatus	118
edecumare	ibid,
econtra	33
efformare	34
elucescit	34
Epitheta Poetica	265
epitomare	34
epitomator	35
erubesco cuius	232
eremus, eremita	252

M 7

erum-

INDEX VERBORVM.

erumpit in hæc verba	212
est, licet,	259
ethnicus	175
euadere in virum doctum	233
exaudire	172
excellentia tua	154
excessus	172
excommunicare	35
exhibitor	35
ex nunc	227
exorbitare	36
extemporaneus	36
extraordinarie	37
extrinsece	37
extrinsecus <i>Adiect.</i>	37
F.	
Facilitare	38
famigerabilis	119
famigeratus	ibid.
feriari	119
feriatus	ibid.
festiuitas	172
festum <i>Subst.</i>	160
fidem adhibere	211
fidem facere	ibid.

figmen-

INDEX VERBORVM.

figmentum	120
filialis	38
finalis	38
finaliter	ibid.
fixe	39
flauedo	39
fluxus	24
fornicari	173
fornicatio	174
fornicator	ibid.
forpex	39
fortalitium	39
fortificare	ibid.
frontispicium	40
frutificare	40
frugifer	266
frustraneus	40
fulgidus	120
fundamentalis	41
fundamentaliter	ibid.
fulsim	41

G.

Genitor, genetrix	262
gentilis <i>eiusdem gentis</i>	22
<i>paganus</i>	174 ge-

INDEX VERBORVM.

gestabilis	81
glorifico	41
gnatus	264
Græcisni insolentes	248
Infinitiuorum	166
gratanter	41
grates agere	262
gratias agete	245
gratiosus	176
gratitudo	42
grauamen	43
grossus	43
grossitudo	44

H.

Habet se res ita cum hoc	213
habitaculum	121
ha&tenus	176
hac vice	223
hebdomatim	44
hereditare	44
historiographus	122
homagium	45
hominum	ibid.
hortulanus	122
humiliare	45
	hu-

INDEX VERBORVM.

humilis	178
humilitas	178
hypocrisis	250
hypocrita	ibi,
I.	
Idem cum illo	234
ieiunare	47
ignoranter	47
illegitimus	47
imniaginari	178
immediate	49
immediatus	ibid.
immò vel imò	179
immoriger	49
impertinens	49
impingere	179
implere legem	vide immerito damna-
tis post præfationem	
implicare contractionem	213
imp̄enitens	49
imp̄enitentia	ibid.
importantia	50
impossibilis	123
imprægnare	50
impræsentiarum	123
	in-

INDEX VERBORVM.

inaduertentia	50
incentium	124
incertitudo	51
incessabilis	51
incessabiliter	52
incessanter	ibid.
incidenter	52
incongruus	125
incongrue	ibid.
incongruenter	ibid.
inconsideratio	52
incorrigibilis	53
incredulitas	53
incumbere litteris	236
incurabilis	54
indesinenter	125
indigetare	180
indisciplinatus	54
indiscretus	165
indiuisibilis	54
indubius	126
inducere animum suum	220
ineptitudo	55
infernalis	56
infernus <i>subst.</i>	55
	in-

INDEX VERBORVM.

infideliter	57
infnities	57
infinitius cum Nomine	254. seq.
post petendi verba	253
infirmiter	57
influxus	57
influxio	181
infra&tus	182
infucatus	212
in genere	58
ingratitudo	58
inhonestare	60
inhonorare	60
iniuriare	61
inobediens	61
inobedientia	ibid.
inordinatio	127
inquam	182
inferuire	199
insignum	62
insimul	127
insipidus	128
insolite	63
in specie	212
insufficiens	63
	ibid.

INDEX VERBORVM.

insufficienter	19110	63
insufficientia	ibid.	
intercedo	138	
intercessio	ibid.	
intercessor	138	
interludium	64	
interscenium	ibid.	
intertexere	64	
intimare	129	
intrinsece	64	
intrinsecus <i>Adiect.</i>	ibid.	
inuariabilis	267	
inuiolabilis	65	
inuiolabiliter	64	
inuisibilis	65	
inuisibiliter	ibid.	
irrationalis	130	
irreconciliabilis	66	
irregularis	66	
irregularitas	ibid.	
irremisibilis	66	
ita	184	
iterum	184	
iubeo te , vt	237	
iubeo , vt	238	
	iu-	

INDEX VERBORVM.

iubeo tibi	256
iuramentum	67
iuxta	184

L.

Labilis	131
latet me	239
mihi	241
legaliter	68
letifer	266
letum	263
liga	68
longanimus	68
lubricitas	ibid.
luscus	185

M.

Magnalia	69
magnanimiter	70
malefactor	11
manuductio	267
masticare	70
masticatio	ibid.
materna lingua	
matricula	70
maxima Subst.	71
mechanicus	185
	me-

INDEX VERBORVM.

mechanicæ artes	186
media <i>subsidia</i>	186
mediare	187
mediator	71
medietas	131
meliorare	72
memorare	187
mensurare	72
mensurabilis	ibid.
meridionalis	ibid.
methodus	251
ministerialis	73
miraculosus	73
miseriarum vallis	213
modernus	73
<i>mœchari</i>	251
momentaliter	73
momentaneus	74
monoculus	73
mortifer	266
mortificare	74
multoties	74
mundus	187
mutuo dare	213
sumere	ibid.
	Na-

INDEX VERBORVM.

N.

Natus <i>Substant.</i>	264
nec autem	243
necessitate	75
neoterice	251
neotericus	ibid.
nepos ex fratre, sorore	210
neque autem	242
neutralis	188
nigredo	131
nigrities	132
nigor	ibid.
nimietas	132
noctescit	132
non vero	242
notorie	75
notorius	ibid.
nouendecim	133
nouercari	75
nullatenus	76
nullibi	133
nuncium <i>Substant.</i>	76
nuspiam	76

O.

Ooliuia	264
	eb-

INDEX VERBORVM.

obtenebrare	133
obuiare	77
octodecim	134
oculariter	68
officium	168
opera bona	214
ordinarie	268
orientalis	135
orphanus	251
oscitantia	78

P.

Pacate	79
pacifice	ibid.
paganus	174
paruitas mea	154
partialis	79
participare alicui rei	242
particularis	79
particulariter	ibid.
parui curo	243
passio	136
passiuia cum A præpositione	224
cum datiuo	245
paufa	252
peccaminosus	80
	pec-

INDEX VERBORVM.

peccamen	80
perpendiculariter	80
persona	189
phlegmaticus	80
pientissimus	153
piissimus	152
pinnaculum	80
plausibliter	80
poenitentiam agere	214
pompose	80
pomposus	ibid.
populosus	137
porosus	81
portatilis	81
positiuus	81
posito, quod	215
posito ita esse	215
possessuum barbare redundant	220
possibilis	137
potare	190
potis, poter est	264
præcisus	190
præconcepta opinio	216
præfatus <i>Passiv.</i>	81
prænominatus	81

N

præ-

INDEX VERBORVM.

præprimis	82
præsentare	137
præseruare	83
præsumere	190
præsuppono	83
praxis	252
primicerius	83
primogenitus	139
primordialis	84
prioritas	84
priuilegiatus	84
prodigalis	85
prodigalitas	84
pro & contra	216
proficuus	85
profunditas	85
prolixus, prolixæ	191
prolongare	85
promanare	86
promouere	192
promotor	86
promptitudo	86
propalare	86
prophetare	87
proportionalis	87
	pro-

INDEX VERBORVM.

proportionaliter	87
proprius	193
protectio	87
protector	87 & 139
pro tempore	194
proximus <i>Subst.</i>	195
punctare & punctuare	88
puritas	140
pusillanimus	88
pusillanimitas	ibid.
pusillanimiter	ibid.

Q.

Qualis qualis	141
qualiter qualiter	ibid.
quandoque	185
quantocius	88
quercinus	89
quicquid sit	216
quoad	169

R.

Ratifico	89
ratificatio	ibid.
rebus sic stantibus	218
recenter	89
recommendare	91

N 2

re-

INDEX VERBORVM.

recompensare	91
restitudo	91
redhostimentum	91
referre gratiam pro re	247
refrigerium	91
reiterare	92
reiteratio	ibid.
remittere peccata	218
res ita habet se cum hoc	213
relipiscentia	92
resistentia	92
respectiue	93
restaurare	142
reuersus est	151
reuisio	93
reuolutio	93. adde in immerito da- mnatis, post præfationem.
rigorosus	93

S.

Sæculum	198
sæcularis	ibid.
sæpicule	94
sæpiuscule	94
saltem	197
saluificare	94

INDEX VERBORVM.

salutari, nominari	264
salua conscientia	219
saluus coaductus	218
sanc&tifico	94
sanguinem effundere	220
sapidus	128
scandalum, scandalize	94
scandalosus	95
scholaris	197
scibile	95
scortatio	95
scrutinium	142
secrete	95
secularis	198
seculum	ibid.
seducere	198
septimana	95
sequitur, quod	243
seriosus	96
seruire	199
sine omni	219
situari	96
situatio	ibid.
sue	268
solite	63
	so-

N 3

INDEX VERBORVM.

solummodo	143
sophisticari	97
fordities	97
fortilegium	97
spectare	199
sternutatio	143
stipendiarius	199
studium	200
studio	201
subalternare	98
subalternus	98
subalternatim	ibid.
subditus	201
subintellige	98
subiugare	144
successive	68
succursus	98
sufficienter	63
sufficientia	99
summitas	144
superioritas	99
supernaturalis	99
suspensus ab officio	221
sustentaculum	145
suus	220
	Ta-

INDEX VERBORVM.

T.

Taliter qualiter	222
pro tempore	194
teneor, oportet me	202
thronus	253
tollere oculos suos	220
tortura	203
totaliter	100
tremulare	100
tribulare	203
trivialis	204
triumphator	11

V.

Vacantia	100
valedicere	146
valedictorius	100
valere posse	204
variabilis	267
vasallus	100
vegetatiuus	100
vendicare	100
venit, eß	265
verifico	101
vergit in honorem	222
vernalis	101
Ver-	

INDEX VERBORVM.

versari circa rem	244
vice hac, alia	223
vicibus tribus &c.	ibid.
victualia	101
viror	147
virtuosus	102
visibiliter	102
visibilis	ibid.
vituperium	102
viuificare	103
vnanimiter	103
vnigenitus	104
vnio onis	204
vnire	148
vnitas	205
vocatio	ibid.
votum	206
vt &	224
vulgariter	149
vxoratus	104

Z.

Zelus 153

tot

dec

tot

-157

155 : 0 : 50





~~AB:41~~ ~~K,23~~

AB:41 ~~16~~  
K,23

Z.

**ULB Halle**  
002 610 027

3





8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									
0									
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
2	3	4	5	6	7	8	9	10	11
3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
4	5	6	7	8	9	10	11	12	13
5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
6	7	8	9	10	11	12	13	14	15
7	8	9	10	11	12	13	14	15	16
8	9	10	11	12	13	14	15	16	17
9	10	11	12	13	14	15	16	17	18
10	11	12	13	14	15	16	17	18	19

B.I.G.

Black

# Farbkarte #13



DE  
LATINITATE MEDIAE  
ET INFIMAE  
AETATIS  
LIBER,  
SIVE  
**ANTIBARBARVS,**  
Recognitus quartum & pluribus  
locis auctus  
CHRISTOPHORO CELLARIO  
Editio V.



IENAE,  
Sumtu IO. FEL. BIELCKII.  
MDCC XXIII.